



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sol Triplex In Eodem Universo

Hermann, Amand

Sultzbaci, 1676

Disputatio Octava. De Intellectu, & Intellectione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)

DISPUTATIO VIII. DE INTELLECTU & INTELLECTIONE.

Ad maiorem & perfectiorem huius materiae notitiam superest, ut de duabus potentiis Anima nobilissimis de intellectu & voluntate scilicet differam; quia verum in operando intellectus ordine natura voluntatem procedit, ut clare docet S. Bernardus tract. de grat. & lib. arbit. cap. 2. ubi ait: Habet sane semper Voluntas rationem Comitum & quomodocunque pedissequam: non quod semper ex ratione, sed quod nunquam absq; ratione moveatur, ita ut multa faciat per ipsam contra ipsam, hoc est quasi per eius ministerium, contra eius Consilium, sive iudicium. Unde est illud: prudentiores sunt Filii huius saeculi Filiis lucis in generatione sua. Et rursum, sapientes sunt ut faciant mala; neq; enim prudentia, seu sapientia inesse Creaturae potest vel in malo, nisi ut intelligat per rationem. Quod ultra in progressu patebit: Ideo prius de intellectu, eiusq; actibus disputetis quaestionibus sermonem instituiam, quibus absolutis ad voluntatem descendam. Sit y: uor

QUAESTIO I.

Quid sit intellectus humanus?

I.
Intellectus
est potentia
cognoscitiva.

Per Intellectum aliud non intelligo, quam potentiam spiritualem cognoscitivam per discursum formalem, quod communiter tenetur, & ipsum vocat D. Augustinus enarrat. in Pl. 42. mentem, dicens: *Mens est qua capimus iustum & iniustum, ipsa est qua discernimus verum a falso, ipsa est qua vocatur intellectus, quo carent bestiae, idem deduci potest ex D. Bernardo lib. 5. Confid. cap. 3. ubi tradit definitionem actus eius & docet Deum, Angelos & invisibilia per fidem & intellectum investigari, quod bestiae nequeunt &c. Sed nunquid hinc resoluta manet Quaestio? sane sic esset nisi aliqui intellectum humanum potentiam organicam facerent, hoc est talem quae licet in entitate sua sit immaterialis, ut patet ex priori Disput. in operando tamen dependeat essentialiter ab organo, ita ut quemadmodum oculus suas operationes nisi per oculum & per nullum alium sensum, ita etiam exerceat intellectus per determinatam aliquam corporis partem, contra quam sententiam*

II.
Intellectus est
potentia im-
organica.

Dico I. Intellectus humanus est potentia immaterialis & inorganica, ita ut in nulla & per nullam partem corporis proprie exerceat suas operationes sicut potentia sensitiva. Ita Doctor subtilis quodl. 9. & in 4. d. 43. q. 2.

Probatur primò: Omnis potentia organica perit destructa comparte sua & toto composito, sed intellectus non perit destructo homine; ergo non est potentia organica: major patet per enumerationem omnium potentiarum organicarum, nam oculo eruto perit potentia videndi proxima, licet maneat ipsa Anima, quae non est visionis nisi partialis facultas remota & inchoata; probatur minor de Animabus separatis, quae beatificantur ante resurrectionem per summam & perfectissimam intellectionem, recordantur praeteritorum, cognoscunt suos, acquirunt novas species, sed haec sunt omnes operationes intellectus, ergo.

Probatur secundò: Omnis potentia organica laeditur à vehementi sensibili ob materialitatem suam, sed intellectus non sic laeditur, quia languente corpore intellectus est vegetior & acutior, ut patet de sensibilibus & podagricis; ergo intellectus non est potentia organica.

Probatur tertio: Omnis facultas organica habet suum determinatum objectum, idq;

singulare tantum, nec potest supra se reflectere, sed intellectus humanus non constringitur ad tales limites, ergo: minor patet, quia intellectus humanus & se, & suos actus cognoscit, non tantum particulare, sed etiam universale, materiale & spirituale, ergo. Sed in Contra.

Arguitur: Intellectus dependet in omnibus suis intellectionibus ab interno sensu proprio organo, ita quod sine ipso nihil intelligat; ergo est potentia organica indigens determinata parte corporis pro suo organo, vel saltem indiget organo alieno. Respondeo negando consequentiam, quia intellectus non indiget organo sensus communis tanquam ratione agendi & intelligendi, sed praesuppositivè per modum servi famulantis & subministrantis phantasmata, ex hoc tamen non sequitur, quod indiget organo ad suas actiones, sicut praerequiruntur sensus externi ad operationes sensus interni, attamen internus non indiget veluti organus, sed more veluti famulus.

Instatur: Si intellectus non indiget organo sensus communis tanquam ratione agendi, sequeretur eum non laedendum laeso organo sensus communis, sed hoc est contra experientiam de stultis &c. Respondeo distinguendo maiorem, eum non laedendum intrinsecè concedo; extrinsecè nego. Itaq; in stultis & amentibus non laeditur intellectus intrinsecè, sicut laeditur intrinsecè oculus destructa pupilla, sed solum ab extrinsecò, in quantum videlicet pro hoc statu quaecumq; intelligit utitur sensibus externis vel internis ut medius & januis, loquendo connaturaliter, unde Deus posset facere, quod laeso cerebro aliquis perfectè intelligeret, sicut evenit in extaticis, qui omni operatione sensuum cessante, intellectu solo operantur. Sed quaerens, quare ergo dicimur potius per cerebrum intelligere, quam per pedes & totum reliquum corpus? Respondeo ex parte intellectus tam bene eum intelligere in pede, quam capite, quia sicut Anima est in toto tota, & tota in qualibet parte sic quoq; intellectus, unde ille modus loquendi oritur potius ex parte corporis, quia sensus externi & interni, quorum ministerio utitur principaliter resident in capite.

Dico 2. Intellectus humanus pro hoc statu in omnibus suis operationibus, tam in prima motiva, quam secunda dependet à phantasmata, & quidem haec dependetia potentialis oritur ex natura intellectus, cuiusvis modo ex peccato. Ita colligitur ex Doctore subtili cetera Albertum, Conimbricenses & plures alios patentes

putantes eum solum indigere in prima sui motione, acceptis autem semel speciebus non indigere conversione ad phantasmata.

Probatur prima pars Authoritate SS. Patrum D. Augustini lib. 11. Civit. c. 3. ubi ait: *Sensus enim accipit speciem ab eo corpore quod sentimus & à sensu memoria, à memoria vero actus cogitantis: ubi per memoriam intelligit phantasmata, nam sic docet lib. 6. Mus. cap. 11. dicens: Quos omnes impetus suos (species objectorum) anima excipiens quasi multiplicat in se ipsa & recordabiles facit, quæ omnia ejus memoria dicitur, magnum quoddam adiutorium in hujus vitæ negotiosissimis actibus. Hæc igitur memoria quæcumque de motibus animi tenet, qui adversus passionem corporis acti sunt, phantasmata græcè vocantur. Unde quia tamen adverteit Sanctus Pater, quod multa cogitemus, quæ tamen nunquam in sensibus fuerunt hinc sibi cap. 10. lib. Civit. 11. objicit: Si non meminimus nisi quod sensimus, neque cogitamus nisi quod meminimus, cur plerumque falsa cogitamus, quæ enim videt Cerynum nigrum & propterea nemo meminit, cogitare tamen quis non potest? Respondet sibi autem: Facile est illam figuram, quam videndo cognovimus nigro colore persuadere, quem nihilominus in aliis corporibus vidimus. Et quia utrumque sensimus, utrumque meminimus. Neque avem quadrupedem memini, quia non vidi, sed phantasmata talem facillime intueor, dum alicui formam volatilis, qualem vidi adjungo duos alios pedes, quam iridem vidi. Denique lib. 6. Mus. cap. 11. concludit: Arbitror tamen quod si nunquam humana corpora vidissem nullo modo eam possem visibili specie cogitando figurare. Quod autem ex eo, quod vidi facio memoriâ facio, & tamen aliud est in memoriâ invenire phantasmata, & aliud de memoriâ facere phantasmata, quæ omnia vis Animæ possit.*

Probatur secunda pars ex D. Bernardo Serm. 6. in Cant. n. 4. ubi distinguit intellectum Angelicum ab humano, quod iste indigeat corpore, speciebus &c. ad intelligendum, non ille, ait enim: *Quo enim in involutum carne, & terræ incola spiritum ex consideratione sensibilibus proficiens, gradatim quodammodo paulatimque nititur pervenire: eo ille celestium habitator ingenia subtilitate, ac sublimitate suâ in omni velocitate, facilitateque pertingit, nullo utique sensus corporei admiculo sultu, nullo corporei membri adiutus officio, nullo corpore cuiuscumque rei informatu intuitu. Similiter distinguit intellectum beati ab intellectu viatoris lib. 5. Confid. cap. 1. quod ille sine medio, noster autem cum medio suas operationes elicere possit.*

VI.

Probatur Conclusio quoad primam partem ratione primò: Quia defacto obliviscimur multarum rerum; ergò intellectus dependet à phantasmatibus in omnibus operationibus: probatur Consequentia, quia non obliviscimur ex deletione specierum in intellectu nostro, hæc enim sunt indelebiles, ergò ex eo, quod intellectus debeat se convertere ad phantasma correspondens, ubi deletum est illud, quod volumus scire, vel remissifici. Sed

Dices: Magis dependet phantasia à sensibus, quam intellectus, sed phantasia sine consensu. *F. Amandi Hermann Physica.*

cursum sensuum potest phantasiare, ut patet de somniantibus; ergò etiam intellectus sine phantasmatibus intelligere. Respondeo negando majorem, & patet experientia mox alleganda; Nec ex hoc tamen quis inferre poterit majorem materialitatem & connexionem cum phantasia, quia hæc connexio non ex natura intellectus præcisè, sed ab extrinseca alia causa provenit. Unde

Probatur secunda pars: Quia læsa phantasia impeditur intellectus operatio; Deinde, quia dum cupimus aliquid intelligere, formamus nobis ejus idolum, & sic facilius concipimus, verbi gratiâ, Angelos per modum putrorum alatorum, Deum Patrem per modum venerabilis senis &c. Dixi de lege ordinaria, quia in sublimi extasi potest Deus dependentiam intellectus à functione sensuum solvere.

VII.

Probatur tertia pars: Quia tunc Anima separata necessariò sic intelligeret; Nec ex eo, quod Anima sit unita corpori, quia in corpore glorioso debet etiam sic intelligere; ergò oritur à culpa originali, in cujus poenam datus est nobis hic infimus modus intelligendi; patet etiam ex natura potentiarum, pro statu isto, quo sibi ita subordinantur, ut superior sine famulatu inferioris operari non possit, & hic status non videtur esse, nisi stabilis permanentia legibus Divinæ sapientiæ, ob dictum peccatum firmata. Confirmatur ex D. Augustino 15. Civit. cap. ult. ubi dicit: *Quæ causa, cur tuam ipsam Animam acie videre non possis nisi utique infirmitas? & quis eam tibi fecit, utique iniquitas?*

VIII.

Hæc dependentia oritur ex peccato.

Hinc resolves primò: Intellectum in statu Innocentiæ non indiguisse conversione ad phantasmata, quia non est naturale Animæ dependere à potentiis corporis juncti, alioquin Anima gloriosa sic dependeret, nam gratia non destruit, sed perficit naturam; ergò in statu illo non fuisset hæc dependentia, quia nihil ibi est ponendum, nisi naturale, vel perficiens naturam, illa dependentia autem potius vilificaret naturam, & certè si hæc conversio est pœnalis, sicut est, cum nulla alia ratio assignari possit, in statu innocentiæ nulla fuisset illius necessitas.

IX.

In statu Innocentiæ non dependebat.

Resolves secundò, quod cum Beatissima Virgo caruerit originali culpa, non fuisse in ea necessariam hanc Conclusionem, tum quia hoc valde pium est credere, eo quod in majorem Sanctæ Matris honorem & laudem cedat, neque constet de opposito. Tum quia certum est beatissimam Virginem potissimos effectus Justitiæ originalis habuisse, Anima enim ejus perfectè Deo subjecta fuit & corpus Animæ, ac potentiæ inferiores superioribus.

QUÆSTIO II.

An Intellectus sit pura potentia passiva, an etiam activa & quomodo?

Godefredus olim negavit omnem activitatem intellectui, & etiamnum plures Thomistæ, ut nempe qui docent speciem intelligibilem

I.

Plures Sententiæ.

Ffff 2

bilem esse totam rationem agendi intellectui. Henricus e contra ita putat intellectionem ab intellectu activè producente dependere, ut sit ejus causa totalis, imò nec à Deo producibilis. Verùm medio tutissimus ibo. Interim

II.
Intellectus est
activus.

Dico I. Intellectus in intelligendo non habet se præcisè passivè, sed etiam activè concurrat ad intellectionem. Ita Doctor subtilis.

Probatur primò Authoritate D. Augustini lib. 9. cap. ult. ac alibi, ubi dicit, visionem & cognitionem ab objecto & potentia fieri. Item Conclusionem clarè docet lib. 6. Mus. cap. 5. ubi dicit: *Videtur mihi Anima, cum sentit in corpore, non ab illo aliquid pati, sed in ejus passionibus attentius agere, & has actiones sive faciles propter convenientiam, sive difficiles propter inconvenientiam non eam latere & hoc totum est, quod sentire dicitur: Agit porro, ut opinor luminosum aliquid in oculis, aëreum, serenissimum & mobilissimum in auribus, caliginosum in naribus, in ore humidum, in tactu terrenum & quasi lutulentum. Agit hæc Anima cum quiete.* Et post pauca: *Hoc ergò genus taliter movere, nonne fatendum est facere esse, non pati? non igitur absurdè credimus motus suos Animam vel actiones, vel operationes, vel si quo alio nomine commodius significari possunt, non latere cum sentit.* Item D. Bernardi tract. de vita solit. cap. 15. ubi ait: *Voluntas cogit memoriam ut proferat materiam, cogit etiam intellectum ad formandum quod profertur, formare autem est agere.*

Confirmatur ex Concilio Trident.

Sess. 6. Can. 4. damnante dicentes liberum arbitrium per gratiam Dei motum & excitatum merè passivè se habere, sed liberum arbitrium consistet non modo in voluntate, sed etiam intellectu, ergò.

III.
Rationibus
probatur in-
tellectum esse
activum.

Probatur secundò ratione:

Actus vitalis nequit totaliter à re non vitali produci, sed intellectio est actus vitalis, ergò: major patet, quia imperfectus nequit producere perfectius, nec enim dat aliquis quod non habet, sed actus vitalis est perfectior, ergò. Secundò, Potentia vegetativa producit suum actum vitalem; ergò etiam potentia intellectiva, nec enim debet denegari perfectiori, quod conceditur imperfectiori, si sint in genere eodem, ut sunt omnes potentie vitales. Tertiò, unus intellectus producit perfectiorem intellectionem, quàm alter etiam si sit eadem species, vel idem objectum præsens, sed si intellectus se haberet tantummodo passivè, non esset ratio, quare unus præ alio intelligeret, quia causæ producentes sunt æquales, causæ receptivæ etiam, non enim requiritur tantum ad receptionem, quantum ad productionem: Et saltem sequeretur, quòd unus non produceret intensiorem actum, quàm alter, quia intensio non est præcisè ex parte suscipientis, sed certum est, quòd unus intensius intelligat altero, etsi idem objectum sit præsens. Quod Confirmatur, quia ex pura receptione qualitatis connaturalis perfectivæ non læditur subiectum, sed propter magnum conatum potentie intellectivæ læditur aliquando sensitiva; ergò signum est eam valde intensè egisse. Tandem si intellectus

non ageret non posset discurrere, intentionis præcisiones &c. formare, quia illa deberent formari ab alio, & ipsas intellectus recipere, & quia nulla est causa asignabilis, quæ illa produceret, ergò. Sed in Contra

Arguitur: Intellectus est in pura potentia essentiali ante speciem vel habitum; ergò intellectus nihil agit. Respondeo distinctè: Est in pura potentia essentiali non habens principium agendi nego antecedens; non habens principium completum & integrum agendi concedo antecedens, & nego consequentiam; quia intellectus cum objecto constituit unum completum & integrum agendi principium, unde objecto absente in se, vel in sua vicaria non est potens agere, sic contingit idem in aliis omnibus causis partialibus, & de ipsa voluntate & intellectu respectu suorum actuum supernaturalium, quos ante adventum habitum producere oportet. Sed

Instatur: Intellectus determinatur per objectum, vel speciem sicut materia per formam; ergò erit simpliciter potentia essentialis passiva ad suas intellectiones. Respondeo negando antecedens, quia licet intellectus determinetur per objectum, non est tamen talis sicut est materia ad formam, quia hæc simpliciter potentialitatis passivæ, sed determinatur per objectum veluti potentia indeterminata ad agendum ex sua indifferentia, & illimitatione ad hoc vel illud objectum, sicut solent determinari causæ universales per circumstantias locorum, subiectorum, temporum, ut patet de Sole. Aliqui arguunt ex Aristotele dicente: *Intelligere esse quoddam pati, sed ut arget, quia per passionem dicitur formaliter fieri intelligens, non verò per solam productionem & activitatem.* Nec urget etiam, quòd ageret aliquid in seipsum, hoc enim non est novum in causis æquivocis.

Dico 2. Intellectum non est causam vel respectu intellectionis, sed partialis tantum, atque magis principalis. Est Scoti & D. Augustini lib. 9. Trinit. cap. ult. & 11. Trinit. cap. 4. ubi semper docet ex objecto & potentia cognitionem, visionem, auditionem &c. unde ultimo loco citatus ait: *Visionem igitur illam, id est formam, quæ sit in sensu cernenti, quæ patet est forma corporis ex qua fit. Sed patens illa non vera, unde nec ista vera proles est: id est totaliter similis naturæ: Neg. enim omnino unde gignitur, quoniam aliud adhibetur corpori, ut ex illo formetur, id est sensu videntis. Ubi tam objecto, quàm visui tribuit rationem parentis respectu visionis, seu speciei expressæ, sed eadem est ratio de intellectu de quo ipse quoque idem clarè docet 15. Civit. cap. 12. Tunc enim est verbum simillimum rei notæ de qua gignitur, & imago ejus, quoniam de visione scientia visio cognationis exoritur.*

Probatur etiam ratione primò: Quia si intellectus & objectum non concurrerent simul, intellectio non esset similis

objecti; sed est, ergo: probatur major, quia non concurrans ad effectum aliquem non potest ei dare similitudinem aliquam, sicut patet examinanti. Secundò una intellectio non distingueretur specie ab alia, quia sola conditio non variat speciem, nec dat distinctionem, quod non dat esse, ergo. Unde etiam sequeretur omnes intellectiones fore equalis perfectionis, imò si objectum unum esset nobilius & alterum minus tale, posset intellectus suo conatu majore perfectionem producere intellectioem circa objectum minus nobile, quam cum illo quod est magis nobile.

modo est causa respectu substantiae, unde nec separata, nec conjuncta substantiae, aliam producere possunt, & sunt activa sine dependentia unius ab altero, objectum autem non agit nec agere potest nisi cum intellectu.

Urgetur: Si objectum totalitate effectus producit intellectioem, ergo poterit dicere intelligens, discurrens, sicut dicitur intellectus intelligere, discurrere, sed hoc est omnino inconueniens, ergo. Respondeo negando sequelam, quia nec intellectus dicitur intelligens praecise, quia producit intellectioem, sed quia recipit, sicut non dicitur quis albus, quia dealbat, sed paries qui recipit albedinem. Quòd verò intellectio dicatur actio immanens non excludit activitatem objecti, quia sufficit, quòd maneat in una causa, caeque magis principali.

Arguitur secundò Contra secundam partem. Ea est causa principalior, quae sibi magis assimilat effectum, quaeque specificat & distinguit, & quae aliam determinat & movet, sed haec omnia competunt objecto, & non intellectui, ergo. Respondeo negando majorem, & primum patet, quia Deus, Sol, & homo producent hominem, & tamen homo non assimilatur Deo, Soli, sed solum homini, ut proinde Scotus dicat effectum non semper assimilari cause principaliori sed magis inferiori, hinc etiam frequentius filii magis similes sunt matribus, quam Patribus, imò dici potest etiam intellectioem magis assimilari intellectui, in essendo est enim spiritualis, vitalis, &c. quamvis in representando sit magis similis, unde etiam dico, quòd ab intellectu magis possit acquirere distinctionem & specificationem quoad se, quamvis quoad extrinsecum magis specificetur ab objecto. Et tandem dico causam moventem esse perfectiorem, quae movens praestat effectum & virtutem agendi, objectum autem non sic praestat virtutem agendi intellectui; objectum non movet intellectum ut moventem, & agentem, sed ut patientem & recipientem.

IX.
Intellectio in essendo magis assimilatur intellectui, quam objecto.

VI.
Est tamen magis principalis.
Probatur secunda pars: Quia illa dicitur causa magis principalis, quae est magis indeterminata & minus limitata ad suos effectus producendos, sed intellectus est magis indeterminatus, & minus limitatus, ergo. Verum Doctor subtilis putat hoc verum esse de naturalibus cognitionibus, in visione enim beatifica, propter excellentiam objecti & modicam attingentiam, & activitatem intellectus, censet eum esse magis dicendum causam minus principalem nec ego puto inficiandum. Sed contra primam partem

VII.
Objectum potest participare concurrens.
Arguitur: Intellectio est actio vitalis, ergo non potest produci à causa non vitali, quia nullum imperfectius producit perfectius. Respondeo distinguendo consequens non potest produci ab objecto partialiter nego, totaliter concedo; nam si quoque habitus concurrunt ad productionem actuum, qui tamen non sunt vitales, sic Sol concurret cum Patre ad producendum hominem, nam non solus homo, sed Deus, Sol, & homo generat hominem, & tamen Sol non est tam perfectus ut homo, nam in causis partialibus, quod uni deest communicatur ab altera, nam in similibus dependet effectus totaliter ab utraque causa, non ab una.

VIII.
Utrajque tamen attingit intellectioem.
Instatur: Si intellectio dependeret ab objecto in ratione cause, vel deberet in ipsa esse formalitas, quae corresponderet objecto, & alia quae intellectui, nempe specificatio objecto attribuenda esset, & vitalitas intellectui; vel deberet dici quòd non vivum attingeret vivum quorum primum falsum est, nam intellectio est actus simplicissimus consequenter & vitalitas & specificatio in eo idem sunt; alterum autem penitus durum est, quòd non vivum det vitalitatem, quia nemo dat quòd non habet, ut ipse dicebam supra. Ergo objectum nequit nec quidem partialiter concurrere, sicut nequit partialiter concurrere accidens ad producendam substantiam. Respondeo negando primam sequelam, quia quando duae causae partiales concurrunt ad aliquem, quaelibet totum effectum attingit, non quomodo unaque, sed totalitate effectus, non verò totalitate causae, unde quicquid producit ab una, producit etiam ab altera, nec uni assignatur aliqua formalitas, & alteri alia: Unde ad alteram sequelam dico, illud planè non debere videri durum, quia hoc habent particulare causae subordonatae, & intentionales, sicut nec est inconueniens quòd debilis homo integram dicatur navim traxisse, non totalitate causae, sed effectus, secus est de accidente, quia accidens nullo

QUAESTIO III.

Quotuplex sit intellectus, & quae cuiusque munia?

Quia intellectus, Docente Phylosopho, ad initium est veluti tabula rasa in qua nulla sunt imagines rerum depictae, quas tamen vel per infusionem, ut volebat Plato & Avicenna, vel propria virtute ministerio sensuum acquirere debet, hinc quaeritur, an in anima sit aliqua potentia, quae sit effectrix specierum intelligibilium, quae dicatur intellectus agens, vel an illas producat illa potentia, quae dicitur intellectus Passibilis, & an is solus vel cum phantasmate tanquam causa partiali efficiente, vel tanquam materiali praebente intellectui sive agenti, sive passibili materiam & exemplar, ad cuius similitudinem intellectus producat sibi species, de quo dubio propter diversitatem sententiarum certè possum dicere quòd habet D. Augustinus lib. 10. Confess. cap. 8. *Species quomodo*

I.
Opiniones authorum.

quomodo fabricata sint quia dicitur, cum appareat quibus sensibus rapta sunt, interimque recondita? Secundum dubitatur, an si intellectus agens producat species, an ille sit realiter vel formaliter distinctus à possibili? Ad primum

II. Dico primo: Datur in anima intellectum agens, qui veluti causa partialis & principalis cum phantasmate, altera causa partiali, producat species intelligibiles. Ita communior, Scotus, & Recentiores.

Probatur prima pars primo: Ex autoritate D. Augustini in Expos. Psal. 72. ubi docet: Esse vim quandam minuens & augendi anima instam, quam quocumque venerit necesse est afferat secum. Lib. 6. Mus. cap. 11. Quod autem ex eo quod vidi facio, memoria facio, & tamen aliud est in memoria invenire phantasmata & aliud de memoria facere phantasmata, quae omnia vim anima potest. Lib. 12. Gen. Litt. cap. 16. Quamvis prius videamus aliquod corpus, quod ante non videramus, atque inde incipiat imago esse in spiritu nostro, quo illud, cum absens fuerit recordemur, tamen eandem ejus imaginem non corpus (solum) in spiritu, sed ipse spiritus facit celeritate mirabili, quae ineffabiliter longè est à corporis tarditate. In quibus omnibus locis clarissime tribuit intellectui vim faciendi imagines rerum de memoria, phantasmata seu species de phantasia, ergo.

III. Probatur eadem pars ratione primo. Dantur species rerum intelligibiles non infusae, sed ministerio sensuum acquiruntur, sed hae acquiri non possunt nisi per intellectum aliquem agentem, & producentem illas, ergo: major patet ex communi consensu, & infra probabitur magis: probatur minor, quia haec productio speciei nequit competere soli phantasmati, quia ut supra dixit D. Augustinus imaginem in spiritu non producit corpus, & materiale in spirituale agere & producere nequit; nec etiam potest producere solum objectum externum ob eandem rationem; nec intellectus possibilis, quia hic est operativus tantum, potentia autem operativa supponit subjectum concurrentem dispositum, disponitur autem quando de ordine materialium transfertur ad ordinem intelligibilium, ergo debet aliqua esse potentia, quae praeparat objectum abstrahendo species, qui alius non est quam intellectus agens, ergo. Ubi pro majori intelligentia, de quo infra, copiosior erit sermo, Nota intelligere nec est formaliter agere, nec formaliter recipere intellectiorem, sed per intellectiorem operari & vitaliter tendere in objectum, & hoc commune habet intellectus noster cum omnibus aliis potentis vitalibus, particulare autem quod primo debeat sibi disponere objectum, si illud sit materiale, & quamvis tres priores actus possint convenire intellectui possibili, disponere tamen praecise pertinet ad intellectum agentem sive realiter, sive formaliter, aut nullatenus distinguatur.

IV. Probatur secundo. Probatur eadem pars: Illa natura rationalis, quae habet pro objecto aliquod universale, habet intellectum agentem, sed intellectus noster habet pro objecto aliquod universale, ergo: Probatur minor,

quia nullum objectum potest esse adequatum intellectui nostro, quod in se non continet omnia ab eo intelligibilia virtualiter vel eminenter, sed nulla res singularis creata continet sic omnia, ergo: Probatur modo major principalis argumenti, quia universale per productionem extenditur ad omnia cognoscibilia tam materialia quam immaterialia, sed materialia non sunt intelligibilia, nisi in potentia, & quando fiunt intelligibilia in actu, fiunt talia per abstractionem, abstractio autem sit per intellectum agentem, ergo ab ultimo ad primum intellectus habens objectum universale habet intellectum agentem.

Et haec ratio non modo probat debere debere admitti intellectum agentem, sed & in anima separata & in Angelis.

Probatur secunda pars primo: Autoritate D. Augustini lib. 11. T. 1. cap. 9. sic loquentis: in hac distributione omnium a specie corporis & pervenimus ad speciem in consuetu cogitantia, quatuor species representantur, prima de secunda, quarta de tertia. A spiritibus quippe corporis quod cernitur exortitur ea, quae in sensu cernuntur & haec ea quae sit in memoria, & ab haec ea, quae sit in actu cogitantia. Ubi clare tribuit uni speciei & phantasmati alterius & speciei intelligibilis productionem, sed non solum luti causae totali, ut supra visum est, ergo ut causae partiali.

Probatur etiam ratione primo: Quia ideo dicitur objectum concurrere ad productionem speciei expressae & intellectiorem veluti parens & causa partialis ex D. Augustino, & communi consensu, quia est similitudo representativa objecti, sed etiam species impressa est similitudo phantasmatis, ergo etiam debet partialiter concurrere. Secundo, quia non est assignabilis melior concurrentiatio, & modus, ergo: probatur antecedens, quia esset vel per modum instrumenti, vel per modum causae materialis circa quam, aut ex qua, vel per nudam assistentiam; neutrum est, ergo: probatur, non per modum instrumenti, quia in instrumento nulla correspondet in effectu ipsi similitudo formalitas, sicut respondet phantasmati formalitas similitudinis; nec etiam per modum causae materialis ex qua, quia causa quae sic concurrunt ad eductionem formarum sunt simul earum receptivae; nec circa quam, quia intellectus agens operatur tantum circa possibilem; Nec denique per solam & nudam assistentiam, quia sic possemus etiam dicere objectum tantum concurrere per assistentiam ad producendam intellectiorem, & omnes causas secundas solum assistere, ut Deus producat eorum effectum, quod est tollere causalitates ex universo. Sed contra conclusionem sic

Arguitur I. Nullus datur sensus agens, nec datur voluntas ulla agens, ergo nec debet dari intellectus agens ad producendas species. Probatur consequentia, quia ideo non datur sensus agens, &c. quia objecta sensuum sunt actu per se perceptibilia & objectum voluntatis de se actu volubile, sed etiam res ipsae sunt

de se actu intelligibiles, ergo non indiget sensu agentis. Respondeo negando consequentiam, minorem probationis distinguendo res materiales sunt intelligibiles nego: spirituales concedo; distinguo etiam consequens, ergo non debet poni intellectus agens quando obiectum est actu intelligibile, concedo; quando est solum potentia nego consequentiam. Itaque quia obiecta sensuum semper sunt actu intelligibilia, utpote cum sint proportionata potentis & in eadem linea rerum possunt ipsa producere totaliter suas species, & facere se actu intelligibilia. Similiter quicquid est actu intellectum jam sufficienter est proportionatum ad voluntatem, consequenter in voluntate nulla agens admitti debet, sed non omne obiectum est actu intelligibile, consequenter primo per aliquam potentiam transferri debet de ordine intelligibilium potentia, ad ordinem intelligibilium actu.

VII. **Instatur:** Ut fiat actu intelligibile non requiritur potentia aliqua, ergo: probatur antecedens, quia potest facere tale phantasma: probatur tum quia obiecta alia produunt suas species; tum quia nihil impedit; si enim quid esset, maxime quod species esset perfectior, sed hoc non est, ergo: probatur minor, quia species est accidens, obiectum est substantia, ergo poterit ipsa producere speciem suam. Respondeo negando antecedens cum sua probatione, ejus primam probationem distinguo, obiectum producit suas species quando est rationis, & quasi ordinis ejusdem concedo; quando diversi nego. Ad secundam dico, omnino perfectionem obviare, sed non hæc, quia secundum hanc adhuc conveniunt sub aliquo genere, sed secundum aliam, secundum quam toto genere differunt, nempe spiritualitatis, materiale enim & spirituale toto differunt genere.

VIII. **Arguitur secundò:** Probando phantasma non posse concurrere efficienter. Nullum imperfectius potest producere perfectius nec in virtute propria, nec in virtute aliena, ut patet de calore & accidente, quod neque secundum se, nec cum substantia habet virtutem producendi substantiam, sed phantasma est imperfectius specie spirituali, ergo. Respondeo distinguendo: Nihil imperfectius potest producere perfectius sicut causa totalis vel partialis principalis concedo majorem; sicut partialis, eaque minus principalis nego majorem. Nec tamen dici potest quod eodem modo posset accidens ut causa minus principalis partialis producere substantiam, quia tunc solummodo colligimus aliquid posse concurrere etiam si sit imperfectius ut causa partialis, quando in effectu correspondet aliqua formalitas, quæ præcisè alteri non correspondet, in substantia autem nulla est formalitas, quæ responderet accidenti ut alicui causæ, & non responderet ipsi substantiæ, quia nulla est ibi præter rationem entis & hæc tam in substantia quam accidente invenitur, secus autem est de specie, in ea enim reperitur spiritualitas, quæ tantum correspondet intellectui, & reperitur similitudo, quæ tantum correspondet phantasmati. Sed

Instatur: Quando dua causæ partiales concurrunt effectus sequitur partem debiliorem causæ, sed phantasma est debilius intellectu, ergo deberet sequi ejus partem & consequenter esse materialis, cum tamen dicatur species esse spiritualis. Respondeo distinguendo majorem, sequitur partem debiliorem causæ quoad entitatem suam nego, quoad similitudinem concedo majorem, minorem, & distinguo similitudinem consequens, & nego secundam consequentiam: Tum quia illud principium tantum currere in syllogismo, in aliis autem causis sequitur assimilatio ad causam proximiorum; tum quia species in essendo magis assimilatur intellectui, in representando verò phantasmati.

Dico 2. intellectus agens & passibilis non distinguuntur realiter, sed formaliter solum, non tamen in eo rigore sicut intellectum ab ipsa voluntate. Ita Mastrius. Patet prima pars ex dictis;

Probatur secunda pars, quia habent diversum operandi modum, ergo. Tertia pars probatur, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate. ergo.

Dico 3. intellectus agentis manus est cum obiecto materiali, vel phantasmate producere species; intellectum verò passibilis est recipere eandem species, ac illi uti. Probatur, quia non sunt assignabilia alia officia quæ præstare deberent, ergo: probatur antecedens, si esset aliquid aliud maxime illuminare phantasmata, & obiectum sensibile, illudque reddere intelligibile, sed ista illuminatio non est quid distinctum à productione speciei intelligibilis, ergo: probatur minor, ex D. quodl. 15. §. Si verò: ubi dicit intellectum agentem se habere ad phantasmata sicut lumen ad colores, atqui lumen ad colores ita se habet, quod ubi in tenebris delitescentes species visibiles transmittere nequeant ad oculum, postea cum lumine transmittant & immutent, ergo sicut illuminatio colorum per lumen non est distincta à productione speciei visibilis, ita illuminatio phantasmatum non est distincta à productione speciei intelligibilis. Secunda pars autem per se patet. Hinc collige intellectum agentem non esse causam totalem speciei intelligibilis, sed sensum internum etiam Physicè concurrere, quia certum est intellectum non posse producere unam speciem potius, quam aliam, nisi determinetur ad hoc à phantasia, sed non potest explicari bene quomodo phantasia determinaret nisi concurrendo Physicè, ergo sic concurrat: quod confirmatur ex illo Augustini ex obiecto & intellectu pari notitiam.

Dices: Posse determinare solummodo proponendo sicut voluntas per intellectum determinatur. Contra, quia voluntas & intellectus sunt realiter identificata & eo ipso quo intellectus intelligit obiectum, voluntas etiam illud realiter intelligit, phantasia & intellectus verò sunt potentie realiter distinctæ, nec ex eo, quod phantasia intelligat, intelligit intellectus, vel realiter, vel formaliter.

Collige secundò: Intellectum passibilem, seu patientem dici talem, non quod

IX. Effectus quoad similitudinem sequitur debiliorem causam.

X. Intellectus agens & passibilis non distinguuntur strictè formaliter.

XI. Manus in intellectu agens & passibilis.

XII.

non

non agat producendo effectivè cognitionem tam bene, quàm intellectus agens agit producendo speciem intelligibilem, sed quòd intelligat formaliter per receptionem cognitionis in se.

XIII.
Intellectus agens manet in anima separata.

Quæres: An intellectus agens maneat in anima separata & Angelo? Quæritur hoc supponit in Angelo dari intellectum agentem, quod probatur, pro nunc breviter, fuisit in proprio loco in Metaphysica, quia objectum materiale non magis est sufficiens in intellectu Angelico producere species quàm in humano. Et licet nunc haberet omnes species infusas, ut volunt Thomistæ, contra quos hic agimus, id tamen non arguit, quin si relinquerentur suis viribus habeant eandem facultatem. Hoc supposito Respondeo affirmativè. Probatur, quia aliàs nec Angeli, nec Animæ separatae possent intelligere res absentes, præteritas, aut futuras nihil enim posset eos ad hoc determinare, nisi ponantur in illis species, sed si ponantur in illis species debet poni aliqua causa productiva earum ex parte Angeli & Animæ, illa verò causa est intellectus agens, ergò habent.

XIV.

Dices: Ipsa objecta posse determinare illos tanquam causæ totales, ergò. Respondeo, licet fortè id verum esset de objecto spirituali, non verò quòd objecta sunt materialia, materiale enim nequit esse causa totalis formæ spiritualis.

Instatur: Sed Angeli aut animæ separatae nec quidem possunt acquirere species rerum materialium, ergò adhuc frustra ponitur in illis agens intellectus, probatur antecedens subsumpti, quia res materiales non possunt determinare intellectum, nisi mediantibus phantasmatibus, quæ nec in Angelo, nec in anima separata sunt. Respondeo negando antecedens, & probationem, sicut enim ipsamet phantasmata, licet materialia sunt, possunt intellectum determinare ad suam speciem spirituales, ita etiam res corporales absque phantasmatibus hoc facere possunt.

QUÆSTIO IV.

Quodnam sit adequatum objectum intellectus nostri?

I.
Aliud est objectum motivum, aliud terminativum.

Certum est omne illud esse objectum intellectus nostri, quod quavis ratione est conceptibile, ut sunt Deus, Creaturæ, Universalia, Singularia, Res spirituales, & materiales, entia, non entia, substantiæ & accidentia, realia & rationis, quando enim dicimus, Chymæra est ens rationis, aliquod objectum huiusmodi apprehendimus, difficultas ergò est de objecto adequato, juxta sensum illum, quo quæritur de scientiis totalibus, quod nam ex pluribus objectis quæ attingunt, sit objectum adequatum earum. Pro quo notandum primò duplex communiter objectum assignari, unum scilicet *motivum*, quod movet intellectum ad intellectionem, & terminat eandem; alterum *terminativum*, quod solum terminat intellectionem, & non movet ad illam. Secundò intellectum habere posse in statu separationis

objectum, quod latius pateret, quàm in statu conjunctionis. Tertio potest habere objectum, quod sit naturalis attingentiæ, & etiam aliud quod supernaturalis attingentiæ, ut patet ex D. Bernardo tract. de vir. solit. cap. 17. *Intellectus quidem idem ipse est, qui quocumque, seu in bonum, seu in malum applicitus fuerit, nasci dicitur viget, sed alius invenitur sibi relicto, alius a gratia illuminatus.* De primo hic quæritur. Unde

Dico I. *Objectum adequatum intellectus nostri est ens communissimè sumptum sub ratione veri, & non sub ratione veri.* Ita Doctor 1. d. 3. q. 3. & q. 26. de anima.

Probatur prima pars autoritate SS. Patrum Augustini lib. 33. q. 9. q. 31. *Intelligentia est per quam ea proficit animus que sunt.* Et q. 32. *Objectum intelligentie quæritur.* Et lib. de duab. an. cap. 5. *Quidquid est, intelligibile est.* Bernardi, qui per totum lib. 5. de considerat. non solum Deum sed & Angelos contemplatur, & considerat non solum per se, sed etiam per scientiam cap. 4. cum ait de Angelis: *Porro intellectu a prædictis non habet, non opinione sed intellectu capimus, quia non possunt in se expertes & Dei simul participare esse.*

Probatur secundo. Quia ens communissimè sumptum comprehendit omnia prorsus intelligibilia sub aliqua ratione, vel tanquam species, vel tanquam modos, aut differentias, vel tanquam proprietates & accidentia, vel tanquam aliquid sibi & suis species oppositum, ergò ens communissimè sumptum erit objectum adequatum.

Probatur secunda pars, quia intellectus non omnia entia attingit solum sub ratione veri, sed etiam sub ratione imitatis, multitudinis, bonitatis, & malitæ, ut expertentiæ constat, ergò non potest esse sub ratione veri. Confirmatur, quia non est ratio, quare potius non debeat esse sub ratione boni, aut unius, quàm sub ratione veri, quam omnes sint proprietates entis, quia tam bene intelligimus objecta sub ratione boni, unius, ac veri, ergò non sub ratione veri, sed sub ratione entis erit objectum adequatum.

Dices: Objectum voluntatis est ens bonum, ergò objectum intellectus erit ens verum, & non ens ut sic. Respondeo distinguendo consequens erit objectum intellectus, prius licet abstractus concedo consequentiam; proinde abstracte ab illo, nego consequentiam.

Arguitur: Si ens ut sic esset objectum adequatum intellectus, posset intellectus omnia intelligibilia comprehensa sub ente ut sic intelligere, & quidem tam distinctè, quam cognoscit ens ut sic distinctè, sed hoc nequit dici, aliàs posset etiam Deum naturaliter cognoscere cognitione certà & distinctà. Respondeo negando majorem, quia licet potentia possit ferri in rationem aliquam superiorem, qualis est ratio entis, naturaliter clarè distinctè, tamen potest aliqua res contenta sub illa ratione superiori tantè esse per se, ut si debeat distinctè cognosci, non possit, nisi per aliquod auxilium supernaturale. *Instat.*

Instatur

Instatur: Sensus externi possunt naturaliter cognoscere quodcumq; objectum contentum sub suo objecto adæquato, ergo & intellectus à pari. Respondeo negando consequentiam, disparitas est, quia sensibus externis non competunt diversi status attingentia objecti, sicut competunt intellectui. Si autem oculus potest videre Deum, ut dicunt aliqui, ad hanc tamen visionem eliciendam necessarium requirit auxilium supernaturale, & sic Deus non continebitur sub objecto oculi adæquato naturaliter attingibili.

V. Quidditas rei materialis non est objectum adæquatum motuum intellectus nostri pro hoc statu, sed ens sensibile ut sic, comprehendens omnia quæ apprehendi possunt per sensu externos. Ita D. Augustinus Epist. 12. 11. Trin. 10. &c. actandem lib. 6. Musc. 1. 1. ubi ait. Arbitror tamen quod si humana corpora non vidissem, nullo modo possem ea visibili specie cogitando significare.

Dico 2. Quidditas rei materialis non est objectum adæquatum motuum intellectus nostri pro hoc statu, sed ens sensibile ut sic, comprehendens omnia quæ apprehendi possunt per sensu externos. Ita D. Augustinus Epist. 12. 11. Trin. 10. &c. actandem lib. 6. Musc. 1. 1. ubi ait. Arbitror tamen quod si humana corpora non vidissem, nullo modo possem ea visibili specie cogitando significare.

Probatur prima pars, si quidditas rei materialis, esset objectum adæquatum motuum intellectus pro hoc statu, id deberet præstare per speciem impressam, sed nullam immittit talem speciem impressam, ergo: probatur minor, quia si substantia materialis produceret speciem in intellectu nostro, intellectus quoque cognosceret in Eucharistia absentiam ejus, sed non cognosceret; ergo non producit sui speciem. Probatur major, quia visus verè cognosceret absentiam cuiuscumq; coloris, aut lucis eò, quod non producat speciem; ergo dum est præsens deberet intellectus eam cognoscere & quando non est præsens etiam absentia ejus cognosceret.

Probatur secunda pars, quia illud solum est adæquatum objectum motuum intellectus nostri, sine cuius ratione non potest moveri ad intelligendam ullam rem pro hoc statu, sed tale est Ens sensibile, ergo: probatur minor experientia, intellectus pro hoc statu ita dependet à phantasmatis ut nisi moveatur ab illis, nil prorsus intelligere possit; ergo sine illo nequit moveri, sine quo nequit habere phantasmata, sed nisi sensibile moveret potentiam externam, nullum dabitur phantasma internum, ut patet experientia; ergo ens sensibile ut sic erit objectum adæquatum motuum intellectus pro hoc statu.

VI. Nota autem, quando dico objectum adæquatum intellectus esse sensibile ut sic, sensum esse, quod nullum sit sensibile, quod non posset movere intellectum modo in probatione explicato, & quod intellectus non posset moveri ad intellectionem alicujus absque motione aliqua præterita, vel præsentis Entis sensibilis.

Nota autem, quando dico objectum adæquatum intellectus esse sensibile ut sic, sensum esse, quod nullum sit sensibile, quod non posset movere intellectum modo in probatione explicato, & quod intellectus non posset moveri ad intellectionem alicujus absque motione aliqua præterita, vel præsentis Entis sensibilis.

VII. Arguitur: Intellectus cognoscit non solum accidentia sensibilia, sed etiam subjectum ejus quod est substantia, ergo objectum motuum erit quidditas, seu substantia materialis. Respondeo distinguendo antecedens, cognoscit subjectum per speciem propriam ipsius, nego antecedens, arguitivè concedo, potest enim discurre ex propria cognitione accidentium acquisita per eorum species proprias, & sic formare conceptum substantiæ proprium.

Arguitur: Intellectus cognoscit non solum accidentia sensibilia, sed etiam subjectum ejus quod est substantia, ergo objectum motuum erit quidditas, seu substantia materialis. Respondeo distinguendo antecedens, cognoscit subjectum per speciem propriam ipsius, nego antecedens, arguitivè concedo, potest enim discurre ex propria cognitione accidentium acquisita per eorum species proprias, & sic formare conceptum substantiæ proprium.

Instatur: Intellectus est capax speciei substantiæ; ergo poterit ipsi representari substantiam. F. Amandi Hermann Physica.

stantia per speciem propriam. Respondeo distinguendo antecedens, est capax secundum se concedo antecedens; pro hoc statu nego antecedens; nam pro hoc statu non est capax nisi specierum rerum phantasmatis, res autè phantasmatis sunt solæ res sensibiles, qualis non est substantia.

Quæres: Utrum intellectus cognoscat singularia? Cui quæstioni respondeo Conclusionem &

Dico 3. Affirmativè, non tamen ita distinctè à cognitione, ut unum possit distinguere ab omnibus aliis propositis. Probatur prima pars, intellectus corrigi sensum circa singulare determinatum; ergo ipse per se cognoscit illud, consequentia est certa, quia potentia non potest corrigere nisi cognoscat errorem. Confirmatur, quia intellectus discurret & facit propositiones de subjecto singulari, ergo cognoscit singulare: probatur consequentia, quia sensus non potest componere talem propositionem, quia non cognoscit prædicatum universale; ergo erit intellectus & utrumq; cognosceret universale & particulare. Probatur secunda pars, quia nullum conceptum interiorè habem⁹ de albedine quæ videm⁹ sensu externo, nec Petro v.g. aut Paulo, qui quantum ad experientiam nostrâ non esset omninò similis conceptui què habemus de alia albedine, vel alio individuo humano ejusdem magnitudinis, figuræ, intentionis, ac cæterarum conditionum quæ Deus posset facere, ergo non possum⁹ habere conceptum distinctum de ullo individuo sub ratione sua propria

VIII. Intellectus cognoscit singularia.

Opponitur autoritas Aristotelis 2. de Anima dicentis, intellectum esse universalium & sensum singularium; ergo ex mente Aristotelis intellectus non percipit singularia. Respondeo Aristotelem non loqui exclusivè, sed vult tantum, quod sensus sola singularia, & intellectus præter singularia, intelligat universalia.

IX. Explicatur Aristoteles.

Instatur: Nullum materiale est actu intelligibile, sed tantum potentia, ergo ut singulare materiale sit intelligibile, debet abstrahi à materia, & consequenter à singularitate, respondeo distinguendo primum consequens, debet abstrahi à materia, quatenus debet habere esse intentionale in sensibus externis ac internis concedo consequentiam, quatenus non debet concipi, ut singulare, nego consequentiam.

QUESTIO V.

Quodnam sit primum cognitum ab intellectu

Totius hujus quæstionis resolutio dependet à notitia & intelligetia ipsius, unde hic tantum quæro, dum una res cognoscitur, de qua plures conceptus formari possunt, v. g. de Petro, quatenus est Ens, & quatenus est substantia, & quatenus animal, & quatenus homo, & quatenus Petrus, seu individuum, quidnam ex his conceptibus subordinatis prius intelligatur, idq; tam cognitione distincta, quam confusa? hic autem vocatur cognitio distincta ea, quæ cognoscitur res ut includens suas partes essentielles, qualis est cognitio, quæ cognoscitur homo ut constans animalitate & rationalitate, cognitio verò confusa rei est quæ cognoscitur imperfectius, quam hoc modo, sic scilicet, ut licet cognoscatur aliqua ratione, non cognoscitur tamen secundum suas partes essentielles, aut intrinsecas. In hac materia tres reperio sententias

I. Status quæstionis.

Ggggg Prima

Prima est Thomistarum afferentium universalissima primò cognosci. Secunda, singularia prius à nobis cognosci, ita Durandus & Occham. Tertia Scoti & suorum cum distinctione, ita scilicet, ut

II.
Species infima
ma primo
confuse cog-
noscentur.

DICO I. Species infima confuse primò cognoscitur ab intellectu nostro pro hoc statu. Est communis Scotistarum & quorundam Recentiorum.

Probatur primò ratione Scoti in 1. d. 3. q. 2. Quælibet potentia naturalis non impedita agit secundum ultimum posse, adeoq; producit perfectissimum effectum quem potest producere, atqui perfectissimus effectus quem potest producere intellectus noster (loquendo de notitia confusa) est cognitio speciei specialissimæ; ergò illam cognitionem primò producit; major patet, quia alioquin causa naturalis determinaret seipsam ad agendum, quod proprium est causæ liberæ: minor probatur, quia cæteris paribus quanto objectum est perfectius, tanto & actus, qui versatur circa illud, minus autem universale est perfectius, quam magis universale suum; ergò.

III.

Probatur secundo: Si prius cognosceretur magis universale, deberet longum tempus intercedere, antequam speciem cognosceremus, primò enim deberet gradus generalissimus cognosci Ens, verbi gratiâ, & sic semper minus & minus universale, donec tandem ad speciem perveniretur, hoc autem est contra experientiam. Denique accidens sensibile primò producit speciem totius suæ essentiæ representativam, nam species albedinis non representat colorem in genere; ergò etiam intellectus primò cognoscit totam essentiam albedinis, quæ est species specialissima; jam sic subsumo: atqui accidentia perfectè cognita primò determinant ad notitiam substantiæ specificæ; ergò etiam in substantiis species specialissima est primum cognitum. Ubi tamen nota Conclusio sic intelligendam de eo, quod per se natum est fieri, nam per accidens potest contingere, quòd aliquando majus universale prius cognoscatur, si videlicet aliquid defit ex parte medii, vel organi potentia sensitivæ, vel objectum nimium distet, sic homo à longè, vel per tenebras visus apprehenditur tanquam corpus, postea à madverso motu tanquam animal & demum tanquam homo, melius perceptis accidentibus, sic etiam pueri initio omnes viros vocant patres & feminas matres, teste Aristotele, quia non habent organum memoriæ satis bene dispositum, ut conserventur species accidentium hujus hominis.

IV.
Quomodo
Natura pro-
cedat ab im-
perfectiori-
bus.

Arguitur: Natura paulatim procedit ab imperfectioribus ad perfectiora, ut docet Aristoteles 7. Met. 4. 15. ergò falsum est, quòd primò producat perfectissimum effectum, quem potest producere. Respondeo negando consequentiam, antecedens enim hunc habet sensum, quòd dum causæ naturales habent aliquid impeditum, ne possint simul suum totum effectum producere vel propter resistantiam contrarii, vel quia imperfectior est dispositio prævia necessaria ad effectum perfectiorem, prout contingit in organizatione & informatione fetus, tunc paulatim procedit natura ad perfectio-

ra, non autem quando nullum est impedimentum, prout contingit in illuminatione Solis & cognitione intellectus.

Instatur: Potentia prius fertur in objectum suum adæquatam, quam in particulare, ergò prius in Ens, quam in speciem infimam fertur intellectus. Respondeo negando antecedens, nam sensus, verbi gratiâ, auditus non potest in rationem communem, seu universalem formam ferri, nec oculus rationem communem coloris & luminis cognoscere, adeoq; nec primò hoc potest intellectus, quia pro hoc statu illud cognoscit primò, quòd primò à sensu est representatum.

Urgetur: Illud principium quodlibet est, vel non est, primò est obvium intellectui atqui hoc constat terminis universalibus; ergò intellectus primò apprehendit magis universale. Respondeo distinguendo majorem, illud principium est primò obvium ordine accidentiæ & strinæ tanquam naturæ notius, concedo majorem; ordine inventionis statu nostro intellectus, nego majorem, hoc enim ordine notius est, primo ambulat, vel non ambulat.

DICO 2. Notitiâ distinctâ prius cognoscitur magis universale, quam minus universale. Et Durandus & Scotus &

Probatur: Illud prius est cognoscibile notitiâ distinctâ (cæteris paribus) quòd puriora includit penetranda, & sine quo aliud distinctè percipi non potest, atqui talia sunt magis universalia, quæ sunt simpliciora, & in minus universalibus tanquam partes metaphysice includuntur; ergò magis universalia sunt prius cognita notitiâ distinctâ, hinc est quòd in scientiis, in quibus notitiâ distinctâ tractanda est incipitur ab universalibus juxta doctrinam Aristotelis, primò Physicorum, quia definitiones, vel divisiones objecti haberi non possunt nisi prius gradus universales cognoscantur. Ex quo confirmatur Conclusio, notitiâ distinctâ minus universalis haberi non potest sine notitiâ distinctâ magis universalis; ergò notitiâ distinctâ minus universalis est posterior notitiâ magis universalis, quia id quòd dependet ab altero, est posterius illo.

QUÆSTIO VI.

Andentur species intelligibiles?

Sicut species, quibus cognitio sensitiva in sensibiles vocantur, sic ex quibus intelligitur intellectus intelligibiles dicuntur, unde hic principaliter quæritur, an tales dentur? Et quidem olim Themistius & Theophrastus, & nunc Durandus, Henricus, Godefredus &c. negant omnino dari species intelligibiles: Avicenna eas quidem admittit, sed eas solummodo tamdiu manere quamdiu actus intelligit potentia, allerunt lib. 6. Natural. c. 6. exemplificat rem à parte de visu, in quo non manent species visibiles nisi manente præsentate visibili. Veruntamen

Dico primò: Pro cognitione abstractiva admittenda sunt species intelligibiles. Ita communior modernorum Theologorum & Philosophorum.

Et Probatur Autoritate SS. Patrum, Augustini tum supra, & lib. 12. Gen.

lit. cap. 6. dicentis: Homo vel arbor, vel Sol, vel quaecumq; alia corpora, sive caelestia, sive terrestria, & praesentia videntur in suis formis, & absentia cogitantur imaginibus animo impressis, & faciunt duo generis personarum, unum per corporis sensum, alterum per spiritum, quo illae imagines continentur. Lib. 10. Confess. cap. 8. 9. 10. docet, non res ipsas, sed imagines rerum esse in memoria, accap. 11. ait: Nam cum aliquid oculis cernitur continuo fit imago ejus in spiritu, sed non dignoscitur facta, nisi cum ablatu oculis ab eo, quod per oculos videbamus, imaginem ejus in anima invenerimus: tandem 11. Trinit. cap. 2. ait: Ratione colligimus nequaquam nos potuisse sentire nisi fieret in sensu nostro aliqua similitudo conspecti corporis, tardioribus ingenii difficillime persuaderi potest. D. Bernardi lib. 5. de Confid. cap. 1. ubi habet haec: Unde nec medium requirit ad ea corporis sensum, sensu ipsa sibi seipsa sentiens. Optimum videndi genus si nullum egere, ad omne quod nosse volueris te contentus, loquitur de visione in statu separationis & Patriae in qua nullum dicit esse nostrum medium, medium tamen tale esse necessarium nunc, quod vocat alibi rerum imaginem. Item clare veritatem hanc habet Serm. 6. in Pf. 90. ubi sic ait: Sed miranda prorsus & miseranda humanarum conditio Animarum, quae licet tam multa foris ingenii vivacitate percipiant, semetipsas tamen sicut sunt, nec esse, aut cogitare sufficienter, sed egeant omnino figuris, & anigmatibus quibusdam corporearum similitudinum, ut ex visibilibus & exterioribus possint vel aliquatenus invisibilia atq; interna cognoscere.

nari, talis autem determinatio non potest fieri nisi per speciem.

Dices: Intellectum tunc determinari per speciem, aut sensationem sensus communis, ergo. Respondeo negando antecedens, quia species illae non recipiuntur in intellectu, nam accedens unum non potest naturaliter migrare de uno subjecto in aliud, ergo species seu sensatio sensus interni determinat intellectum producendo in ipso partialiter aliquid, sed non aliud quam speciem intelligibilem.

Probatur quarto: Phantasma non representat nisi singulare, & consequenter non concurret nisi ad cognitionem singularis, sed intellectus non tantum singulare, sed & universale, & universalissimum intelligit, intelligit enim Ens quae Ens, & cum non sit sibi praesens in seipso, nec secundum se habeat phantasma, necesse est dari illi speciem intelligibilem Entis.

Arguitur primo: Voluntas non indiget speciebus ut operetur; ergo nec intellectus a paritate. Respondeo negando consequentiam, disparitas est, quia actus intellectus cum sit imago naturalis objecti, & ab ipso objecto partialiter produci non possit, debet saltem ab aliquo objecto ipsi simili taliter produci, secus autem est de voluntate.

Instatur: Si species impressae intelligibiles essent in intellectu, actus semper cognosceret objecta illarum, sed hoc est falsum, ergo. Respondeo negando minorem, quia licet in intellectu dentur tales species, & quod intellectus simul cum illis sit causa adequata cognitionis objecti, tamen rapitur ad cognoscenda alia objecta, quorum fortius impressas habet species. Deinde aliquando est species in oculo, & tamen non videtur, quia desit advertentia, ita posset dici de intellectu.

Arguitur secundo pro Durando:

Si daretur species impressa sequeretur, quod illa prius tempore, vel natura deberet cognosci, quam objectum, sed hoc est falsum, ergo: Probatur sequela, ista species se habet objective ad intellectum, agit enim vices objecti, vel est ipsum objectum, sed quod tale est, est prius cognitum vel cognoscibile; ergo species sic esset. Respondeo negando sequelam, cujus probationis minorem distinguo, quod est tale, seu quod gerit vicem objecti, est prius cognitum vel cognoscibile, si sit ratio cognoscendi cognita concedo; si sit ratio cognoscendi non cognita, nego minorem & consequentiam. Itaque species gerit vicem objecti, non ut quod, sed ut quo, id est, non est quod cognoscitur, sed quo cognoscitur aliud, adeoque non prius cognoscitur, quam aliud, cujus est species. Et dato, quod etiam cognosceretur, tamen cognoscitur prius, non in ordine ad se, sed ad aliud & sic etiam non prius cognoscitur, quia non terminatur cognitio ad speciem, sed ad objectum. Verum

Instatur: Species est imago objecti, sed imago prius cognoscitur, quam res imaginata, ergo. Respondeo distinguendo minorem, imago prius cognoscitur, imago, quae est ratio cognoscendi

III. *Prima ratio recordatur.*

Probatur secundo Rationibus: Prima quae est fortissima, quia recordamur frequenter praeteritorum, quae recordatio est actus intellectus, sed talis fieri nequit per solum intellectum, quia haec est solummodo causa partialis, nulla autem causa partialis agere potest sine sua concausa, quae essentialiter est subordinata; ergo nec intellectus, ergo debet etiam tunc aliquid ulterius concurrere; subsumo, sed non ipsum objectum, quod est vel absens, vel praeteritum & destructum; ergo aliquid suppletens ejus vices, quod aliud esse nequit, quam species, ergo.

Dices: Actus fieri, vel per memoriam sensitivam, vel per habitus causatos ab actibus. Sed Contra nam in Anima separata nulla erit memoria sensitiva, & tamen recordabitur, ut patet ex Evangelio de divite Epulone Lucae 16. cui Abraham dixit: Recordare tibi, ergo. Ad secundum dico, quod species sint & teneant ex parte objecti, adeoque habitus supplere non possunt ejus vices, qui se tenent ex parte potentiae. Deinde de quolibet actu possum habere recordationem, non possumus autem de quolibet habere habitum. Denique si admittatur habitus, cur non etiam species?

Probatur secundo: Ita se habet Intellectus respectu sui objecti, sicut sensus respectu sui, sed sensus recipit speciem sui objecti; ergo & intellectus.

Probatur tertio: Nulla potentia indeterminata ad operandum in se, potest aliquid operari, nisi in se determinetur, sed intellectus est indeterminata potentia ad hoc vel illud intelligendum; ergo prius in se debet determinari. *F. Amanadi Hermann Physica.*

V.

VI.

Voluntas non est imago objecti sicut intellectus.

VII.

Species non prius cognoscitur quia est ratio cognoscendi non cognita.

cognoscendi cognita concedo minorem; quæ est ratio cognoscendi non cognita nego minorem & consequentiam.

VIII.

Ad faciendam cognitionem distinctam ipsum objectum sufficit.

Arguitur 3. Objectum ipsum in proportionata distantia sufficit ad causandam notitiam, ergo species superfluit, si præsentia objecti id præstare potest: Probatur consequentia, quia non prius intelliguntur res, quam species, Imago Cæsaris non prius ducit in cognitionem Cæsaris, quam ipsa cognoscatur ex dictis. Respondeo distinguendo antecedens, ipsum objectum sufficit ad faciendam cognitionem distinctam intuitivam concedo antecedens, ad faciendam cognitionem abstractivam, quando ipsum objectum non est præsens nego antecedens: ad reliqua patet responsio ex instantia superiore, ejusque solutione. Itaque licet objecta materialia sint præsentia in esse Physico non sunt tamen præsentia in esse intentionali, & sic præsentia fieri debent per species maxime loquendo de cognitione abstractiva.

IX.

Ratio qualitatis convenit speciebus.

Arguitur 4. Si darentur species deberet posse assignari, de quo genere prædicamenti sunt, quod tamen vel neutiquam, vel omnino perdifficile est, quia non sunt substantia, & quantitas ut patet, nec relationes, cum hæc activæ non sint, nec possunt dici qualitates, quia istæ suscipiunt majus & minus, possuntque intendi, sed speciebus utique hoc competere nequit, quia alioquin multiplicatis actibus intensæ habitus supplere possent, & per cessationem à frequentibus actibus remitterentur, quod tamen non dicunt fieri, qui species defendunt. Respondeo negando antecedens, ad probationem dico eas reduci ad qualitates, esseque intensibiles & remissibiles sicut habitus, quod patet ex eo, quod quod sæpius cognoscimus aliquod objectum, eo frequentius & clarius & distinctius excitantur nobis species, ut patet de iis qui continuo in una facultate exercent se, & contra quod rarius elicimus circa aliquod objectum actum, eo difficilius recordamur & cum majore labore species excitari debent; nec tamen hinc inferri potest superfluos futuros habitus, quia si alium finem habent à speciebus, nam species dantur ad clarius & distinctius percipiendum objectum, habitus verò ad facilius, promptius, delectabilius & intensius, & sic etiam admissis speciebus ipsi non superfluent.

X.

Rationes tamen non conveniunt speciebus.

DICO 2. Rationes allegatæ non probant Physicè dari species intelligibiles.

Probatur primò: Quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate, sed hic nulla est necessitas, ergo. Probatur minor primò: Si darentur species non esset necesse recurrere ad phantasma, quod tamen constat maxime esse necessarium.

Probatur eadem minor secundò: Quia si esset aliqua necessitas maxime quod eodem modo se haberet intellectus ad suum objectum, sicut sensus ad suum, in quo dari conceduntur species: vel quia intellectus non esset de se determinatus: vel quia id convinceret actus recordationis præteritorum: vel quia intellectus

est tantum universalium, sensus autem singularium: Sed harum nulla ratio convincit species, ergo: Probatur minor; non prima, quia disparitas est inter sensum externum, & internum ex eo, quod in sensu interno præcedant actiones sensuum externorum, quæ determinare possunt, ad ipsam intellectiōnem producendam, nullus autem talis actus procedit in sensibus externis: Non secunda, quia actus recordationis & maxime in anima separata potest provenire à speciebus particulariter infusis, unde sicut dicitur, quod Angelis infunduntur species omnium rerum à Deo, sic etiam dici potest, quod animæ separata infundantur, & sic mirum non est, si dives Epulo ab Abrahamo provocetur ad recordationem & reminiscenciam præteritorum, dicendo: *Recordare fili, quæ vivisti bona in vita tua, &c.* Non denique tertia, tum ex instantia facta, tum quia sicut phantasma est sufficiens secundum Auctores communiter ad determinandum intellectum generalem, ita etiam erit sufficiens ad determinandum intellectum passibilem & consequenter non est necessaria ulla species intelligibilis: Non denique quarta, quia phantasma non concurrat ad cognitionem singularis, quia singulare est, alioquin enim intellectus, & ipsa etiam phantasia discernere possent inter singularia & singularia per omnia equalia, contra experientiam; sed quod intellectus cognoscit universalia, potest evenire & evenit ex negotiatione intellectus, qui habita cognitione singularium tanquam conditione sine qua non cognoscit per discursum ipsum universale. Imò phantasma ipsum potest representare tam singulare, quam universale secundum diversas rationes quas includit.

Quidquid tamen sit absolute tenendum est dari species intelligibiles in intellectu, nam si rationes non convincunt, auctoritates cogunt, quibus accedit ratio solemnissima desumpta à paritate Angelorum, quibus actus remunerativus negari deberetur, si ipsis species non concederentur: quæ ratio pariter currit de anima separata; imò si argumentum sententiæ contrariæ de non multiplicandis entibus alicujus est efficacie, mihi quoque patrocinatur, assero enim non esse multiplicanda minima sine necessitate, adeoque species concedi debent potius, quam ut fiat multiplicatio miraculorum. Itaque necessitas specierum non ex parte potentie desumenda est, sed ex parte objecti ad suppleendum ejus concursum, dum non est actu intelligibile, sed solum potentia, qualiter sunt omnia objecta materialia in ordine ad cognitionem abstractivam, secundò propter absentiam, & tertio propter improprietatem.

DICO 3. Ad cognitionem intuitivam non est necessaria species intelligibilis. Probatur, quia species intelligibilis substituitur loco objecti ad suppleendum ejus immediatum concursum, cum solum non est actu intelligibile, vel est absens, vel si est præsens potentie, non tamen est præsens in ratione objecti, ergo cum objectum est actu intelligibile, ac debite præsens potestesse secundum propriam entitatem sufficienter cum

ipsa producet notitiam intuitivam & concursus speciei superfluct. Itaque quod ordinariè dicitur materiale non esse actu intelligibile non est universaliter verum, sed solum quoad intellectum conjunctum, non autem separatim.

Dices: In cognitione intuitiva objectum concurrere partialiter cum specie, & per hoc intuitivam ab abstractiva distingui, in qua species concurrat. Contra, quia tunc vel species sub ordinaretur objecto, vel objectum speciei, vel ambo concurrerent ex aequo, non primum, quia causae subordinatae non possunt sine se invicem operari, ergò cum videamus speciem sine objecto concurrere, species non erit subordinata objecto; neque secundum, quia causa perfectior non subordinatur imperfectiori; neque etiam tertium, quia tunc cum operentur per causalitates ejusdem operationis virtus unius ita intendi posset, ut se solo sufficeret ad cognitionem, & sic vel solum objectum concurreret, quod est intentum, vel sola species absque ullo objecto intervenitu, & sic poterit haberi cognitio intuitiva objecti absentis.

Arguitur primò: Cognitio sensuum exteriorum, verbi gratià, visio est intuitiva, & tamen praeter objectum requirit speciem, ut probavi supra, ergò & cognitio intuitiva intellectiva praeter objectum requirit speciem. Respondeo negando consequentiam, disparitas est, quia species sensuum exteriorum pendunt in fieri & conservari ab actuali influxu objecti praesentis, & ideo potest esse principium cognitionis intuitivae: Species autem intelligibiles aequè manent praesente vel absente objecto, & ideo illud aequè representat absens ac si in se esset praesens. Unde propter hoc nequit concurrere ad notitiam intuitivam.

Arguitur secundò: Ut potentia possit elicere cognitionem, objectum debet esse unitum potentiae, sed objectum materiale non potest esse unitum in se potentiae intellectivae, lapis enim verbi gratià, non est in intellectu, ergò debet uniri per speciem, ergò. Respondeo distinguendo majorem, objectum debet esse unitum unione formali & intensiva per modum accidentis nego majorem, unione virtuali concedo majorem, & similiter distingua minori nego consequentiam.

Arguitur tertio: Objectum debet esse proportionatum potentiae, sed objectum materiale est improporionatum intellectui, qui est spiritualis, ergò objectum materiale nequit per simplicem ac immediatam sui praesentiam ut sic intuitivè intelligi, ergò debet intelligi per species. Respondeo negando majorem, nam inter objectum materiale & potentiam intellectivam est sufficiens proportio moventis ad mobile, quia inter potentiam intellectivam & objectum non requiritur proportio in essendo, quòd si etiam ex proportione se moventis ad mobile objectum materiale sit improporionatum intellectui in statu conjunctionis, non tamen in statu separationis, quia sic non fit transitus ab una potentia ad aliam, immediate enim objectum offertur intellectui

& si aliquando praecedit species, hoc est in ratione effectus praevii, non autem concausae ad talem notitiam.

Pro quo Nota, quod dum dico speciem intelligibilem non esse necessariam ad cognitionem intuitivam, per hoc non intendo ipsam prorsus excludere, potest enim ac debet intervenire saltem tanquam effectus praevius ad ipsam intuitivam notitiam, non tamen tanquam concausa: Cum ergò unus, verbi gratià, Angelus alterum videt, ac intuitivè cognoscit emittitur & imprimitur ab objecto species in intellectu Angeli videntis ut in eo impressa & conservata constituat memoriam intellectivam, quae omnino necessaria est ne quotiescunque intellectus vult actum repetere circa objectum aliàs cognitum, cogatur semper redire ad illud intuentium.

Dico 4. si dantur species non sunt similitudines objectivae, seu medium cognoscendi quod. Haec est conformis ad dicta superius, ubi egi de speciebus sensibilibus.

Probatur primò: Si species essent similitudines objectivae deberent in se prius cognosci, quam cognoscatur objectum, sed non sic cognoscuntur, ergò: Probatur sequela majoris, quia Imago Caesaris quae est similitudo objectiva debet prius cognosci, quam cognoscatur ipse Caesar, ergò.

Probatur secundò: Quia medium cognoscendi quod non inducit in cognitionem se solo, sed necesse est ut ipsum antecederet cognoscatur objectum, vel aliunde sciat, nam nisi videris Caesarem, non cognosceres ejus imaginem, licet tibi monstraretur, nec dicere posses esse ei similem, vel dissimilem, bene vel malè expressam, quod tamen contingit in speciebus, ergò species intelligibiles non erunt similitudo objectiva, sed potius media cognoscendi quo.

Dico 5. Species dici possunt formales similitudines suorum objectorum. Haec etiam est conformis ad superius dicta.

Probatur primò: Illae species debent esse alicujus essentiae ac speciei, & consequenter formaliter similes alicui, sed nulli potius quam objecto, ergò ei debent esse similes.

Probatur secundò: Quia species expressa est similitudo formalis objecti, ergò & species impressa, quando ab ea gignitur cognitio: Probatur consequentia, quia in caulis cognitionis & intellectiois debet esse aliquid continens similitudinem objecti, sed nulla potius quam species impressa, ergò haec debet continere similitudinem objecti, probatur minor, quia non potentia, ergò species, cum nullae aliae causae sint praeter speciem & potentiam; probatur antecedens, quia potentia non est magis similis albedini quam nigredini, dulcedini, vel amaritudini, homini, vel leoni.

Probatur tertio: Species expressa quae est actus vitalis debet habere aliquam causam cui fit similis in vitalitate, ergò etiam impressa,

XVI. Species non sunt similitudines objectivae.

XVII. Species possunt dici formales similitudines.

XIII. Species sensibiles non sunt quoad cognitionem sensuum.

XIV. Objectum unitum potentiae virtutis.

XV. Inter objectum & potentiam est proportio moventis ad motum.

pressa, cui sit similis, cum hæc tam bene debeat habere aliquam causam cui similis dicatur, ac altera in vitalitate, & consequenter si prima propter vitalitatem exigit causam viventem, hæc etiam exigit similitudinem esse sui objecti.

Probatur quartò, A paritate specierum sensibilium, quæ dicuntur suo modo formales similitudines ut patet, dum videntur per modum ipsorum colorum, ut quando radii solares transeunt per vitrum coloratum, aut incidunt in cortinas virides, vel rubras, tunc in pavimento, vel pariete apparent acsi ipsi colores ibi essent, ergò.

Dices: Nec in speciebus sensibilibus videri ipsas species, sed ipsi colores reflexè ut contingit in speculo in quo se homo videt reflexè. Sed contra primò ut corpus aliquod reflectere possit, debet esse lavigatum, & perspicuum, sed pavimenta & parietes non sunt sic lavigati, ergò. Contra secundò, quòd si parietes haberent virtutem reflectendi, deberent quotidie posse reflectere, sicut reflectunt specula. Contra tertio, quia corpus reflectens demonstrat rem quamcunque in tantum & tantum distare retro, quantum distat ab eo directè ante illud collocatus, quòd tamen non faciunt parietes, major patet in speculis, quæ repræsentant rem ante se collocatum, quasi esset profunde intus intra superficiem speculi, prout magis vel minus abest, ergò.

Dico 6. Species manent in intellectu etiam cessante actuali intellectione, & respectu harum dicitur intellectus memoria. Hæc est contra Avicennam.

Probatur primò, Auctoritate D. Augustini lib. 5. contra Jul. cap. 14. ubi docet: *Resum corporum qualitates in res incorporales transire, quando formas corporum, quas videmus, habuimus quodammodo & in memoria recondimus & quocumq; pergimus nobiscum ferimus.* Et lib. 10. Confels. cap. 17. ait: *Per hæc omnia discuro & volito, hæc atq; illas penetro etiam quantum possum & sine est nusquam.* D. Bernardi tract. de vita solit. cap. 15. ubi ait, memoriam proferre unde formetur cogitatio, sed aliud non proferre potest quam species, ergò manent in ipso & respectu eius intellectus dicitur memoria.

Probatur secundò Ratione, quia aliàs eodem modo se haberet intellectus Docti & sapientis, ac illius qui primò incipit discere, quia utriusque intellectus esset in pura potentia, dum actu non intelligit. Quod confirmatur, quia nulla forma absoluta destruitur nisi vel propter impossibilitatem, vel propter destructionem subjecti, atqui hic nec destruitur subjectum, nec impossibiles sunt, ergò. Si tamen quæras an à solo intellectu conserventur? Respondeo affirmativè, tum quia nulla alia causa assignari potest; tum quia licet concurrat alia causa ad productionem earum, non est tamen necesse, ut illa causa concurrat ad conservationem, ut patet in calore, qui conservatur in aqua sine igne, quamvis sine ipso non producatur, quòd autem species diutius manent, quam calor in aqua, ideo est, quia sunt ipsi naturales non verò calor aquæ.

Dices: Experimentia constat nos oblivisci rerum quas ante cognovimus, nisi sæpe repetamus sed non posset esse, nisi perderetur species, ergò non manent. Respondeo negando maiorem, hoc enim non fit propter specierum deperditionem, sed quia illæ species suo ordine non excitantur, unde fit ut dum recordari volumus alicujus rei, sæpius non possumus & post paululum tamen vel alio tempore sponte incidere, quæ autem causa sit excusatæ mihi videtur esse ex naturæ arcanis, quæ nondum penetravi. Respondeo secundò negando maiorem etiam, quia hoc absque jactura specierum intelligibilium fieri potest, ex eo, quòd deperderentur species phantasticæ ipsi correspondentes, à quibus in suis operationibus dependent, hinc est

QUÆSTIO VII

De Intellectione.

Natura Intellectionis sufficienter colligi posset ex dictis supra Disp. 2. q. 2. ubi universaliter determinavi in quo consistat actus vitalis, verumtamen abste non erit ex professo etiam examinare naturam intellectionis, cum Authores in tot, tamque diversas abiverint sententias, nam Pontio teste, aliqui dicebant intellectionem esse tantum receptionem speciei intelligibilis; alii esse actionem productivam termini, qui sit & vocetur verbum mentis; alii e contra esse actionem de prædicamento actionis sine ullius termini productione, alii esse qualitatem de prædicamento qualitatis sine ulla profus actione productivam. Hurradius ut omnes difficultates evaderet allegerit, intellectionem esse actionem, & passionem, ac qualitatem prædicamentalem, in ut omnia ista tria essentialiter in natura intellectionis includantur. Verumtamen

Dico 1. Intellectio non est passiva, seu ipsa speciei intelligibilis vel intellectionis receptio. Hæc est contra Ægidium, Aureolam, &c. Alique expressa mens D. Augustini lib. 6. Metaph. cap. 5. *Videtur mihi anima cum sentit in corpore non de illo aliquid pati, sed in eum passivum attendit egere.* Et infra: *Hoc ergò genui taliter movere nonne fatendum est facere esse non pati?* Et cap. 8. ubi dicit: *Hinc est illud quòd plerumq; alia cogitant occupati eos loquentes non nobis videtur accidere, tum quia occursores illos numeros non agit tunc animi, cum sine dubio sonus ad aures perveniat, & illa in passione sui corporis cessare non possit nec possit aliter moveri, quam si illa non fieret, sed quia intentionis aliud subinde extinguitur motionis impetus, qui si maneret, in memoria utiq; maneret, & nos inveniremus & sentiremus.* Ubi clarè docet in distictis percipi species & res, & tamen res tunc nullas sensationes producere, sed si consisteret intellectio in receptione talis speciei, vel intellectionis distractus omnino deberet intelligere, ergò. Ratio etiam est, quia receptio speciei expressæ vel impressæ respicit intellectum ut subjectum, sed de ratione intellectionis est ut respiciat objectum, illud exprimat, eiq; que unit intellectum, ergò intellectio non consistit in receptione speciei impressæ, vel expressæ. Dices:

XVII.
Species manent in intellectu cessante intellectu cessante intellectu cessante.

XVII.

Dices: Receptionem mortuam, id est sine attentione non facere intelligentem, bene tamen vivam, seu cum attentione. Sed contra: haec responsio seipsam destruit, quia receptio cum attentione intellectus non potest explicari, nisi in quantum intellectus adhibeat sonatum aliquem, & tendat intentionaliter in obiectum, sed haec non fiunt sine aliqua actione efficiente, ergo. Sed directè contra conclusionem

III.
Opponitur &
arguitur
Aristoteles

Opponitur Auctoritas tum Aristotelis saepius dicentis: *Intelligere esse quoddam pati*: Tum Doctoris subtilis dicentis ideo Aristotelem intelligere vocasse pati, quia intelligimus formaliter non producendo, sed recipiendo, ergo. Verumtamen quamvis textus ille Aristotelis supra fuerit explicatus, adhuc Respondeo tam Aristotelem, quam subtilem vocare intelligere quoddam pati ex eo quod intellectus nullatenus possit intelligere, nisi in ipso recipiatur intellectio, ita quod receptio magis necessariò consequatur quam actio, imò eo quod indispensabiliter comitetur, ita ut intelligere possimus sine eo, quod intellectionem producamus, non verò sine eo quod recipiamus, unde magis concurrit receptio, quam productio, & hinc fortè est, quod Aristoteles non absolute dixerit intelligere esse pati, sed esse quoddam pati. Sed

Instatur: Homo dicitur formaliter albus per receptionem solius albedinis, ergo etiam dicitur intelligens per praesens receptionem intellectionis, quia non videtur quid plus intellectio praestet potentiae intellectivae, quam talem denominationem per informationem. Respondeo distinguendo consequens, si consideretur effectus formalis intellectionis ut forma est concedo, si consideretur ut talis, nempe ut vitaliter operans nego consequentiam, quia ut vitaliter operans consistit in illa tendentia ad obiectum, hinc si dicas, tunc dicitur intellectus intelligere quando sit similis formaliter obiecto, sed per receptionem hoc fit ergò, tunc Respondeo negando majorem, quia tunc intelligit formaliter, quando recepta similitudine illa, mediante ipsa tendit in obiectum vitaliter.

IV.
Intellectio
non est actio

Dico 2. Intellectio non consistit in actione, seu productione termini, ita ut intelligere sit producere verbum mentis & intellectio sit productio verbi mentalis. Ita Doctor subtilis.

Probatur primò: Tum quia potest quis producere intellectionem, & tamen non intelligere, ut verbi gratia, si Deus produceret intellectionem in mente mea, haec intellectione Deus non intelligeret: Tum quia obiectum partialiter in genere causae efficientis producit intellectionem, & tamen per hoc non dicitur intelligere: Tum quia non dicitur quis albus ex eo quod producat albedinem, ergo: Tum denique, quia vitalitas in actibus perfectis non consistit in motu ab intrinseco, sed in vita intentionali, seu in tendentia ad obiectum.

Probatur secundò: Quia gratis dicitur intellectionem esse actionem productivam,

quia si quid argeret, maxime ex eo, quod Aristoteles ipsam appellaverit actionem immanentem, hoc non urget, ergo: probatur minor, tum quia non dixit immanentem ex eo, quod terminum ad intra producat, sed quod nihil aliud intellectus producat praeter ipsam, sicut transeuntem appellavit, quae aliud opus a se producit: Tum quia Aristoteles intellectionem non appellavit veram & Physicam actionem, sed solum grammaticaliter, & per quandam analogiam, ex eo, quod semper sit in fieri, & semper, & pro quocunque instanti dependeat ab agente sicut vera actio; & ex eo, quod sicut actio transit in terminum ita intellectio in obiectum, cum hac tamen differentia, quod actio transeat in terminum de novo productum, intellectio in obiectum non de novo productum, sed de novo denominatum intellectum, & per hanc probationem solvuntur omnia, quae desumuntur ex actione vitali intellectionis. Unde alio medio contra conclusionem sic ex Maestro

Arguitur: Omnis actus intellectus est essentialiter intellectio, sicut omnis actus visus est visio, sed verbum producit per actum intellectus, ergo per intellectionem. Respondeo distinguendo majorem: Est formaliter intellectio, nego majorem; est causaliter intellectio concedo majorem, quia dictio est quidem actus intellectus, non est tamen formaliter intellectio, sed causaliter & efficienter, & sic quoque dici potest omnem actum visus non esse visionem formaliter.

V.
Dictio est
causaliter
actus intel-
lectus.

Instatur: Intelligere & dicere sunt synonyma, ergo si producit verbum dicendo, producit intelligendo. Sed Respondeo negando antecedens, quod patet ex priorè distinctione, quia dictio est solum causaliter & efficienter intellectio, non verò formaliter, consequenter licet producat verbum dicendo, non producit tamen intelligendo.

Non sunt
synonyma in-
telligere &
dicere.

Urgetur: Si dictio non est formaliter intellectio, nec esset formaliter actio vitalis, sed hoc est inconveniens, ergo: probatur sequela: Per actionem vitalem exprimitur & declaratur obiectum, sed per dictionem non exprimeretur obiectum, quia illud exprimitur & representatur per intellectionem, ergo non esset actio vitalis. Respondeo distinguendo majorem, non esset actio vitalis intentionalis concedo majorem; non esset actio vitalis Physica nego majorem; dictio itaque actio vitalis Physica est, quia per eam exercetur Physicè potentia in vita, non tamen vita intentionali, & sic non exprimit obiectum. Ex haecenus igitur dictis patet, quod ad intellectionem requiratur quidem aliqua actio, requiritur etiam aliqua passio in neutra tamen ejus ratio formalis, minus in utraque consistit, cum alioquin esset ens per accidens ex diversis praedicamentis compositum. Quare

Dico tertio: Intellectio formaliter consistit in qualitate commorando tendentiam, & unionem ad obiectum, quae illi vitaliter conjungitur. Ita Doctor subtilis, & patet ex dictis, nec ulteriori eget probatione, quod autem dixi de intellectione, pari passu dicendum est de volitione, unde

VI.
Intellectio
consistit in
qualitate,
quae commoratur
tendentiam.

QUÆSTIO VIII.

De verbo mentis.

Communis est sensus dari verbum

mentis, sicut certum est dari verbum oris, & hoc expressè docet Scotus 1. d. 3. q. 7. post D. Augustinum ubi dicit: *Verbum certè est actum intelligentie productum à memoria suscipienda non habens esse sine actuali intellectu, verbum divinum representans*; Unde communiter requiritur, quòd verbum mentis verbum divinum representet, quod si sic est, certum etiam est, meliorem Doctorem tale verbum in creatis admittere, ut colligi poterit ex Cantus signanter ferm. 81. ubi anime cognitionem cum verbo, & imaginem constituitur ex eo, quòd verbum divinum representet, ubi multa de verbo divinis subtiliter dicitur, quæ ad Theologos portissimum spectant, inter alias cognationes cum habet, quæ consistit in actu liberi arbitrii, quòd si anima habet cognationem in hoc actu, nec negari non poterit etiam habere in actu intellectu.

Quo supposito tanquam certo potissima est difficultas, in quo consistat verbum mentis, ex omnibus quæ in intellectu requiruntur; an videlicet sit species imprecisa prout actuali intelligentia? An ipsum objectum secundum esse reale, vel secundum esse cognitum? Vel an sit habitus, vel actio de preadimento actionis, per quam intellectus producit qualitatem intellectuionis? An verò sit ipsa qualitas intellectuionis? An utrumque simul. Complutenses existimant verbum mentis esse qualitatem realiter distinctam à qualitate intellectuionis. Verum

Dico: *Verbum mentis certè est species intellectuio. Ita Doctor supra, &*

Probatur primò, *Auctoritate D. Augustini 15. Trinit. cap. 10. Formata cogitatio de re, quam scimus, verbum est; Et 16. Cogitatio quippe nostra perveniens ad id, quod scimus, & inde formata, verbum nostrum est. Et 9. de Trinit. cap. 9. Conceptam rerum notitiam tanquam verbum apud nos habemus. Et cap. ult. Et igitur quedam imago Trinitatis ipsa mens, & mentis pars, quæ proles ejus est, atq. se ipsa verbum ejus, & anim. Verum igitur (inquit Scotus) secundum ipsum est actus intelligentia, ut patet re. Notitia enim correspondet intelligentia. Verbum etiam non est actu cogitatione sicut patet. Augustini auctoritates plures, qui cupit, inveniet apud Nebridium, hæ sunt breviores, & solemniore.*

Probatur secundò, *Auctoritate D. Bernardi ferm. 80. in Cant. ubi de verbo divino ait: Audis de imagine prius. Verbum est veritas, est justitia, est sapientia, & est hæc imago. Cujus? Justitia, sapientia, & veritas. Est enim imago hæc justitia de justitia, sapientia de sapientia, veritas de veritate, quasi de lumine lumen, de Deo Deum. Harum rerum nihil est anima, quoniam non est imago, est tamen earundem capax, apperens, & inde fortassis ad imaginem. Sed anima est capax intellectuionis, ergo est capax veritatis, justitiae, luminis & consequenter Verbi, quia per Ver-*

unde sicut intellectuio, præter qualitatem absolutam, dicit tendentiam ad objectum, quæ se habet per modum expressionis, & representationis objecti, ita etiam volitio præter qualitatem dicit tendentiam ad objectum, non illud representando, sed quasi amplectendo & possidendo. Ex dictis itaque infero primò, omnem potentiam vitalem esse simul *Productivam*, seu *Activam*, *Passivam*, & *Vitaliter operativam*; *Activam*, in quantum producit suum actum, *Passivam*, ut recipit, & *operativam*, quatenus mediante termino producto, & in se recepto vitaliter in objectum tendit. Infero secundò: Omnem potentiam vitalem, tam agendo quam operando exerceri vitaliter diverso tamen modo, nam agendo exercetur vitaliter vita *Physica*, operando vitâ intentionali, & primum spectat ad genus causæ efficientis, secundum quasi ad genus causæ formalis, quatenus actus per modum formæ constituit potentiam operantem, eamque cum objecto conjungit, & intentionaliter unit. Objectiones quæ contra conclusionem nostram adferri possunt solvuntur facile per hoc, quòd qualitas illa connotet secundariò relationem ad objectum, non quòd primariò in ea consistat.

Potentia vitalis est simul activa, passiva & operativa.

VII. *Potest intellectuio à solo Deo produci.* Quæres primò: An intellectuio, aut alius actus vitalis possit à solo Deo produci, absque concursu potentia & objecti? Respondeo affirmativè cum Doctore 1. d. 17. q. 3. Probatur, quia quidquid potest Deus simul producere cum causa creata efficienter, potest se solo, modo effectus sit ens absolutum, quia in hoc nulla est implicancia, sed producit intellectuionem cum causa creata, quæ est qualitas absoluta, ergo se solo potest illam producere.

VIII. *Intellectuio potest poni in lapide.* Quæres secundò: Utrum intellectuio possit poni in lapide? Respondeo affirmativè. Patet ex dictis in Logica p. 3. d. 3. q. 6. Et ratio est, quia non implicat.

Dices: Ergò lapis intelligeret. Probatur illatum: Effectus intellectuionis est reddere subjectum intelligens. Respondeo nego illatum, cujus probationis antecedens distinguo; si subjectum sit capax concedo antecedens, si non nego antecedens, & consequentiam. Itaque ut intellectuio faciat suum subjectum actu intelligens, requiritur in ipso vis perceptiva talis intellectuionis in actu primo, quæ vis cum sit ipse intellectus, & in lapide non reperiatur, lapis non intelligeret.

IX. *Intellectus potest plura simul intelligere.* Quæres tertio: Utrum intellectus simul plura intelligere possit uno actu? Respondeo posse simul & semel plura intelligere per modum plurium, non tamen uno eodemque actu, nisi objecta sint subordinata per modum inferioris, & superioris; nec potest tot intelligere, quin plura in infinitum, nec tam perfecte plura, quam solum unum.

Probatur prima pars, quia visus attingit objecta disparata simul, ut albedinem chartæ, & nigredinem literarum, ergò & intellectus. Deinde intellectus simul intelligit unum referri ad aliud, ergò. Reliqua patent ex finitate, & limitatione intellectu.

bum creatum nihil aliud intelligitur, quam illud quod est Veritas, Sapientia, Intellectio.

IV. *Rationibus probatur.*

Probatur Ratione primò: Illud est verbum, quod est imago & similitudo objecti, sed intellectio est imago & similitudo objecti; ergo est verbum: alioquin sequeretur, quod ejusdem rei duæ imagines in eodem intellectu darentur.

Probatur secundò: Illud est verbum, quod producitur per dictionem, sed intellectio producitur per dictionem; ergo est verbum mentis: Patet major, probatur minor, quia per dictionem produci nihil est aliud, quam produci per actionem intellectus, sed intellectio producitur per actionem intellectus, ergo.

Significantur dictionum operationes.

Probatur tertio: Quia nihil congruentius assignari potest, ergo: probatur antecedens, quia si esset aliquid verbum mentis præter ipsam intellectioem esset aliquid ex enumeratis opinionibus, nihil horum esse potest, ergo: probatur minor, quia non species intelligibilis prior natura actu intelligendi, quia verbum est potius effectus speciei, cum procedat ab intellectu secundo specie, & insuper, quia si species esset verbum, nunquam esset species, quin verbum esset, quod est contra experientiam. Et ob easdem rationes hec potest dici, quod sit habitus: Non potest etiam esse objectum, quia secundum esse reale objectum non producitur ab intellectu ad extra, sed præsupponitur productum, verbum autem de novo producitur & est insuper non extra, sed intra intellectum; secundum esse cognitum autem objectum per verbum exprimitur & declaratur; ergo secundum hoc esse nequit verbum mentis. Nec tandem potest esse aliquis terminus per intellectum productus, quia ut supra visum est intellectio non est actio propria & Physica, sed solum grammaticaliter, & per quandam analogiam, manet ergo verbum mentis aliud non esse quam ipsum intellectioem.

V. *Obicitur et respicitur D. Augustinus.*

Opponitur auctoritas D. Augustini 8. Trinit. 6. ubi ait: *Phantasmam Carthagini in memoria est verbum ejus*, ubi per phantasmam intelligit speciem, ergo. Deinde 15. cap. 10. dicit: *Verbum quod foras sonat esse signum verbi, quod intus latet*, sed verbum exterius non est signum intellectioem, sed rei intellectæ; ergo res intellectæ erit verbum. Respondeo negando utramque consequentiam, quia verbum exterius signum est, non modò rei intellectæ, sed etiam intellectioem, licet inæqualiter, ut dictum est in Logica, nam primò voces & verba sunt ordinata ad significandas res, secundò ad significandos conceptus; Et quamvis secundariò conceptus significant, ex hoc tamen non potest inferri, quod magis debeat verbum esse signum rei, quam intellectioem, quia utrumque habet rationem representativam objecti, quare unum representativum dicitur simile alteri representativo & utrumq; verbum. Ad primam auctoritatem dico, D. Augustinum per phantasmam intelligere actualem imaginationem, vel si intelligit speciem, dicendum est, cum locutum fuisse in sensu causali, non verò formali.

F. Amandi Hermann Physica.

alioquin à seipso differtiret dicente 15. de Trinit. *Verbum non pertinere ad memoriam, sed ad intelligentiam, & à memoria produci per actum dicendi.*

Arguitur: Verbum mentis creatum debet esse imago representans verbum Divinum, sed intellectio non est imago representans verbum Divinum, ergo: Probatur minor, quia in Divinis aliud est verbum, aliud intellectio, sed intellectio representat tantum intellectioem; ergo non verbum: Probatur major, quia verbum in Divinis est Persona distincta à Patre & Spiritu Sancto, intellectio verò est communis tribus. Respondeo negando minorem, cum sua probatione, ad cuius probationem dico disparitatem esse, quia in creatis non datur verbum per se subsistens, sed tantum immanens, in Divinis autem datur, unde potius hæc contingit ex diversitate specifica verborum, quam ex defectu sufficientiæ, ut intellectio dicatur verbum.

VI. *Verbum creatum representans Divinum.*

Dico 2. Verbum mentis producitur verè ab intellectu secundo per actionem à seipso distinctam, quæ dicitur dicitio. Ita penes Doctorem subtilem D. Augustinus expressè lib. 9. de Trinit. cap. 7. ubi ait: *Conceptam verum verarum notitiam tanquam verbum quod nos habemus, & dicendo intus gignimus.* In quibus ultimis verbis agnoscit veram generationem internam, quam appellat dictionem, sed omnis generatio est actio productiva.

VII. *Verbum producitur per veram actionem.*

Probatur etiam à paritate tum verbi Divini, quod non immediatè seipso, sed per veram generationem à Patre producitur, tanquam terminus; nec refert, quod ipsa productio activa sit identificata entitati Patris, & passiva entitati verbi, quia hoc non arguit verbum non produci neque veram generationem distinctam, sed provenit ex rationibus formalibus talis actionis ob summam simplicitatem & infinitatem, sicut non arguit verbum mentis esse verum verbum, licet sit accidens, cum tamen in Divinis sit substantia: Tum à paritate verbi vocalis, quod producitur per veram locutionem, & dictionem corpoream; ergo etiam verbum mentale sic producitur.

Probatur autem actionem illam esse verè distinctam ab intellectu secundo, quia tunc actio est realiter distincta (per actionem intelligo relationem dependentiæ in fieri à sua causa) quando ita procedit effectus à sua causa, ut simpliciter ab alia possit produci, sed idem verbum mentis in entitate sua potest produci à diversis principiis; ergo producitur per veram actionem distinctam: Probatur minor, nam in primis potest produci totaliter ab ipso Deo, secundò cum habitu, vel sine habitu, cum una vel altera specie impressa, in quibus casibus non dicendum est, ipsum quoque verbum variari in entitate, quia alioquin habitus non daretur ad faciliter, sed ad simpliciter posse operari, quia actus qui fit à potentia cum habitu ita essentialiter penderet ab illo, ut nullatenus posset produci ab ipsa potentia, quantumcunque conaretur.

VIII. *Actio productiva verbi est ab ipso distincta.*

H h h h h Probatur

IX.
Illa actio est
dictio.

Probatur tertia pars, nempe hanc actionem esse dictionem: Tum quia Patres sic loquuntur; tum quia illa actio nequit esse intellectio, cum intellectio sit de genere qualitatis & non actionis, sitque operativa, non activa: tum quia actio productiva verbi Divini non est intellectio, quia hæc est ingenita, & perfectio essentialis communis tribus personis antecedens ipsum dicere, quod est notionale spectans ad constitutionem Patris: Tum denique, quia etiam dum nos actualiter intelligimus, datur in nobis aliquid de genere qualitatis, quod appellatur species expressa verbum, sed hoc non est aliquid ingenitum & inproductum, sed verè productum producit per veram actionem à seipso distinctam; ergò etiam verbum sic producit. Sed in Contra

X.
Obijciunt &
explicatur
D. Augustinus.

Opponitur Autoritas D. Augustini, tum 15. Trinit. cap. 7. dicentis: *Cum mens apud se verbum habet, ubiq; cogitando habet, quia nihil aliud est apud se dicere, quam apud se cogitare*: Tum 5. Trinit. 13. ubi ait: *Verbum esse visionem de visione*; ergò verbum procedit per intellectionem, & non per dictionem. Respondeo negando consequentiam, quia in primo loco accipit S. Augustinus dicere improprie pro expressione & declaratione objecti, non verò pro production actuali notitiæ, vel si vult dicere esse cogitare proprie non dicit id verum esse in sensu formali, sed causali & efficiente. Ad secundum locum dico, per visionem in secundo loco intelligere, vel speciem impressam, vel habitualem scientiam & memoriam fecundam, ita seipsum exponit 15. Trinit. 11. cap. 11.

XI.
Qualibet po-
tentia vitalis
habet dupli-
cem actum.

Arguitur: Nulla potentia vitalis habet duplicem actum distinctum, quia unius potentie unus est actus, cum per actus distinguantur; ergò intelligere est idem ac dicere, & consequenter verbum procedit per intellectionem. Respondeo distinguendo antecedens: Nulla potentia habet duplicem actum in eodem genere prædicamento concedo; in diverso, nego. Itaq; intellectus sicut & quæcunq; potentia vitalis habet primò actum de genere qualitatis, tanquam suam ultimam perfectionem, quam producit mediante actione de genere actionis, quæ de se est activa, prima tantum operativa. Et hinc patet quare potius per unum producat, quam per alium. Sed

Instatur: Aristoteles 3. de An. 28. dicit sentire, intelligere, &c. nec esse motum; ergò non fit per actionem distinctam. Respondeo, Aristotelem tantum velle non esse talem motum sicut est in alterativis, quia est tantum ad perfectionem operativam, unde potius inferri debet, dari ad eam actionem, quia motus semper est cum actione conjunctus.

XII.

Arguitur secundò: Si Actio dicendi non est intellectio, sequeretur non esse actionem intellectivam, sed hoc est inconveniens, quia omnis actio intellectus est intellectio, ergò. Respondeo negando sequelam, nec hoc est inconveniens, quia multi sunt actus intellectus, qui non sunt intellectiones, ut est actio quæ abstrahit species à rebus.

Quæres primò: An illa intellectio debeat vocari verbum Mentis, quæ producitur in intellectu à solo Deo? supponitur in quæsito, Deum posse producere intellectionem se solo absq; concursu intellectus creati, cum in hoc nulla sit implicancia, & Deus possit se solo facere quidquid facit cum causa secunda, ergò. Hoc supposito si quis velit contestare, quod verbum non significet quamcunq; intellectionem rei, sed intellectionem ab intelligente productam, sicut filius significat hominem ab homine alio productum, & partus mentis significat conceptum productum à mente, esset quæstio de nomine, & conformiter ipsi responderi deberet, quòd, sicut filius formaliter loquendo dicit productionem ab intellectu, & connotativè intellectionem, & sic fit à solo Deo produceretur talis intellectio, posset dici verbum mentis secundum illud, quod materialiter & connotativè dicit.

Dices: Verbum debet esse proles intelligentis, sed si nõ produceretur ab intelligente non esset proles ipsius, ergò. Respondeo distinguendo majorem connotativè, pro magis loquendo, hoc est ex eo, quod intellectus habeat virtutem ipsum producendi, & semper sufficienter applicatur ad ejus productionem concedo majorem; essentialiter, ita ut si intellectus non habeat talem virtutem intellectio proprie ea defineret esse verbum, nego majorem.

Quæres secundò: An Visio illa, quæ dicitur Beata, sit rigorosum verbum mentis? Respondeo esse quidem verbum mentis, sed non rigorosè cum Deo in 1. d. 27. s. idè in istis. Ratio est quia ad verbum in rigore requiritur, quòd non tantum sit naturalis similitudo objecti, sed etiam naturaliter producta, unde licet D. Augustinus eam quandoq; vocet verbum mentis, loquitur in laxiori acceptioe.

Probatur secundò: Quia Verbum debet gigni à memoria fecunda; ergò à totali principio naturali, quia memoria fecunda constituitur ex intellectu & objecto vel specie; ergò non tantum ex parte potentie, sed etiam objecti debet gigni naturaliter, alias non esset proles objecti & imago, cui magis debet assimilari, sed lumen gloriæ non est species objecti, & magis se tenet ex parte potentie, quam objecti; ergò, ex ipso & intellectu non potest institui memoria fecunda, & consequenter licet intellectus lumine gloriæ perfusus naturaliter agat, & gignat visionem, quia tamen objectum liberè, & supernaturaliter agit, visio beata non gignetur à memoria fecunda, quæ ex objecto & potentia constituitur.

Dices: Sanctissima Virgo Maria naturaliter, & verè produxit Filium, licet habuerit concursum supernaturalem supplementem ea quæ sunt alioquin Patris, ex hoc præcisè, quòd ipsa habuerit naturalem potentiam generandi, ergò etiam visio beata verè dicitur & rigore verbum & proles mentis, quia producit à potentia habente virtutem naturalem prædicandi. Respondeo negando consequentiam, disparitas est, quia Christus ut homo petebat naturaliter produci à Patre & Matre, consequenter concursus Spiritus Sancti liber per accidentis fuit.

fuit, & sic non variavit naturalem producendi modum beatæ Matris, visio autem beata non petit naturaliter produci, sed liberè per essentiam moventem liberè, quod patet ulterius ex processione Spiritus Sancti, quæ non dicitur Generatio, nec ipse Filius, licet sit in similitudinem naturæ, ex hoc præcisè, quia fit liberè & non naturaliter. Unde D. Augustinus s. de Trinit. cap. 14. dicit: *Filius procedit ut natum, Spiritum Sanctum ut datum.*

QUÆSTIO IX.

De Reliquis actibus Intellectus.

I. In actibus Intellectus explicandis hic sunt plures Scholastici fusissimi cum tamen alibi non fuerint strictiores; Ego, quia de apprehensione, iudicio & discursu satis egi in Libris Analyticis, & de interpretatione non puto sine Entium multiplicatione hic repetenda esse. Restant tamen in specie explicandæ aliquæ intellectiones & præcipuè Quid sit notitia intuitiva? quid abstractiva? Et quid comprehensiva? quas etiam breviter expediam.

II. Itaq; Circa notitiam intuitivam & abstractivam explicandam varii sunt dicendi modi, nam aliqui dicunt cognitionem intuitivam eam esse, quæ est rei existentis, ut existentis sub replicatione, & sic volunt semper esse de re singulari: cognitionem verò abstractivam esse, quæ est naturæ & essentia secundum se, abstractendo ab existentia eius. Alii dicunt cognitionem intuitivam & abstractivam non distingui ex parte termini, sed ex parte principii productivi, ita quòd intuitiva producat ab ipso objecto in propria existentia immediatè, abstractiva verò quæ producat ab objecto ipso in specie, vel ab ipsa specie; alii distinguunt ex utroque motivo & quidem dicendo existentiam esse rationem movendi intellectum, non rationem cognitam. Alii denique dicunt cognitionem intuitivam esse rei secundum omnes suas formalitates in ipsa repertas, non verò abstractivam. Sed

III. Dico I. Neuter modus ex allegatis distinguit sufficienter notitiam intuitivam ab abstractiva. Ita deduco ex Mastrio. Et

Probatur per singulos modos, Nam in primis ultima non distinguit has duas notitias, sed adhuc confundit intuitivam cum comprehensiva, quia hæc fit secundum omnes formalitates in objecto repertas: Et e contra potest dari notitia abstractiva, quæ cognoscat omnes formalitates in objecto repertas, qualis fuit ea, quæ cognoverunt Angeli per speciem Essentiam Divinam distinctè: Deinde potest videri Deus intuitivè secundum unam formalitatem non visà alterà, & defacto videtur albedo intuitivè sine differentia individuali. Non explicat etiam benè tertius modus, quia tam in notitia abstractiva, quam intuitiva quidditas & natura sunt ratio cognoscendi & terminandi, & existentia se habet solum per modum conditionis sine qua non; quatenus quidditas rei

F. Amandi Hermann Physica.

nequit notitiam intuitivam terminare, nisi existat. Refutatur etiam secundus modus, quia etiam ad notitiam intuitivam gignendam concurrere potest species ut patet de visione, unde dici solet rationem notitiæ intuitivæ etiam consistere cum præsentia speciei, dummodo cognitio non terminetur ad objectum ut in specie relucens, sed ad ipsum ut in propria existentia præsens, nam in tali casu species non concurreret ut concausa intellectiois, sed ut effectus aliquis prævius, quæ tunc produci potest, ut quando objectum est futurum absens, illud ipsum cognoscere possit sine recursum ad propriam existentiam, sequitur itaque istas duas notitias non solum ex parte principii, sed etiam ex parte termini debere distingui. Nec placet denique primus dicendi modus, nam in primis non omnibus cognitio rei existentis & præsentis est intuitiva, nam licet hæc non tendat nisi in rem præsentem, attamen potest etiam res præsens abstractivè cognosci, frequenter etenim abstractiva cognitio tendit in res quatenus extiterunt, & in ipsas existentias eorum. Itaq;

Dico 2. Cognitio intuitiva ea est, quæ fit sine specie impressa permanente diu sine præsentia objecti, ut concausa terminata ad rem in propria natura & existentia præsentem; Cognitio verò abstractiva, quæ fit mediante specie impressa sine objecto nata permanere terminata, ad rem ut existentem in specie. Patet ex refutatione aliarum sententiarum, & quia optimè & melius explicari non possunt, nam notitiæ intuitivæ simpliciter essentialis est, quòd fiat ex præsentia objecti, abstractivæ verò si quandoque contingat merè accidentali; quia fit per medium, quod præscindit ab existentia & non existentia. Verum additi in descriptione cognitionem intuitivam fieri sine specie impressa permanente objecto absente, quia si talis esset, quæ non diutius maneret, quam ipsum objectum præsens est, ut est species visibilis, vel saltem non diu post, ut est species soni & Echo, non impediret intuitivam cognitionem benè tamen si naturæ essent permanere etiam objecto cessante, essentque indifferentes ad præsentandam rem absentem, vel præsentem, quia talis faceret cognitionem abstractivam.

IV. Describitur cognitio intuitiva & abstractiva.

Dices: Deus cognoscit intuitivè omnes Creaturas, & tamen ens non attingit in propria natura existentes; ergò malè descripta cognitio intuitiva. Respondeo distinguendo alteram partem antecedentis, non attingit Creaturas in propria natura existentes, vel in alio eminentius & perfectius continente secundum totam entitatem & cognoscibilitatem concedo; in alio diminutè representante, nego antecedens & consequentiam. Natura itaque Divina res creatas perfectius representat, quam ipse in se, species verò valde diminutè. Et esto quòd sit alius modus cognoscendi in se, cognitio DEI respectu Creaturarum est intuitiva respectu primarii objecti, non verò respectu secundarii. Sed

Hhhhh a Dices

Dices adhuc: Scotus vocat cognitionem rememorativam terminatam ad præteritum intuitivam, sed illa est absentia objecti, ergo. Respondeo Doctorem subtilem eam vocare imperfectè intuitivam, & simpliciter abstractivam.

V.
Cognitio intuitiva & abstractiva specie differunt.

Dico 3. Cognitio intuitiva & abstractiva specie differunt. Ita Doctorem subtilis sæpius.

Probatur, quia non minùs differunt Dei visio per fidem viæ & patriæ, quàm fruitio viæ & patriæ, imò magis cum habeant alia & alia principia, nempe lumen gloriæ ibi, fidem hinc, sed fruitio patriæ & viæ differunt specie; ergo & istæ visiones: Subsumo, sed istæ sunt duæ cognitiones abstractiva una, altera intuitiva, ergo: patet minor argumenti, quia fruitio patriæ est perfectè beatificativa & satiativa animæ, non sic viæ.

Probatur secundo: Quia illa specie distinguuntur, quæ habent specie distincta principia, specie distinctum agendi modum, sed hæc cognitiones hoc habent, ergo: probatur minor, quia abstractiva fit per speciem, & terminatur ad speciem, intuitiva fit per objectum in sua natura existens & terminatur ad illud ut tale, item abstractiva præcindit ab existentia & non existentia, intuitiva determinatè est existentis & præsentis, sed hæc sunt diversa principia, & diversi agendi modi, ergo. Sed in Contra

VI.
Nec obstat unitas objecti

Arguitur: Actus specificantur ab objectis, ut est commune, sed notitia intuitiva & abstractiva possunt habere idem objectum; ergo non distinguuntur specie: Major est certa, minor patet, quia possum cognoscere Titium præsentem & absentem. Respondeo distinguendo majorem, ita ut diversitas objectorum arguat diversitatem actuum transeat major; ita ut identitas objecti arguat identitatem actus nego majorem, nam ex unitate objecti non colligitur unitas actus, circa idem objectum enim possunt versari plures specie distinctæ potentia, ut patet de voluntate & intellectu, quare ultra unitatem objecti attendi debet etiam modus tendendi.

Instatur: Habent etiam eundem modum tendendi, quia præsentia & absentia sunt tantùm conditiones diverso modo repræsentantes, conditio autem non variat modum essentialem, ergo. Respondeo negando majorem, ad primam probationem dico, absentiam & præsentiam non esse nudas conditiones, sed essentielles, determinantes objectum ad esse formale objecti sunt enim, si non rationes quæ, saltem, sub quibus non verò nudæ applicationes, sicut in aliis causis efficientibus. Et posito quòd essent simplices conditiones, adhuc tamen inducere possunt essentialem modum tendendi diversum.

Dices: Si quis haberet cognitionem intuitivam albedinis, & eandem continuaret per horam, si post quadrantem tolleretur albedo, esset eadem cognitio, & tamen tunc pro primo quadrante esset intuitiva, pro secundo abstractiva; ergo non differunt specie. Respondeo negando consequentiam, quia vel replicans vult

loqui de cognitione, quæ fit per visionem sensus externi, & tunc simpliciter nego unquam futuram intuitivam, semper enim erit abstractiva, licet visio sit intuitiva, quia fit per species, & mediantibus his cognoscitur. Si verò loquatur de cognitione albedinis in se, tunc dico, duplicem ibi futuram cognitionem, albedine præsentem intuitivam, eà absente abstractivam, licet enim id non advertatur pro nunc, ratio tamen convincit illud.

Comprehensio intellectus intuitivæ perfectissima species. Etymologicè dicitur à comprehensione corporali, nam illud comprehendere dicimus, quod undequaque continemus, verbi gratia, accipiens manu porcum, illudque totum contegens eadem, ut nihil appareat ex eo, dicitur illud comprehendere; si verò ita acceperit, ut pars aliqua promineat dicimus apprehendere, sic in comprehensione intentionali, & intellectu aliquid simile fieri debet; Sed non eodem modo semper accipitur, nam SS. Patres frequenter accipiunt per cognitionem intuitivam visionis beatæ, ex quo etiam sancti vocantur Comprehensores, iuxta illud 1. ad Corinth. 9. Sic currite, ut comprehendam. Et ad Philipp. sequor, si quo modo comprehendam. In quem textum D. Bernardus lib. 5. de consid. cap. 13. sic ait: Comprehendere dixi, non cognoscere, ut non curiositate contenti scientia tantum præcui inhiemus. Non in cognitione est fructus, sed in comprehensione. Alioquin scienti bonum & non scienti (ut ait quidam) peccatum est ei. Et ipsi Paulus alio loco, sic currite, inquit, ut comprehendam. Quid sit comprehendere in scriptis declarat. Declarat autem cap. sequenti dicens: Non ea Disputatio comprehendit, sed & sanctitas, si omnino tantum comprehendit potest, quod incomprehensibile est? At nisi posset, non dixisset Apostolus: ut comprehendamus cum omnibus sanctis. Sancti ipsi comprehendunt. Quæris, quomodo? Si sanctus es, comprehendisti, & nosti: si non: esto, & tu experientia scies. Sancte facit affectio sancta & ipsa gratia, Timor Domini Sanctum, & Sanctum amor. His perfectè affecta anima, veluti quibusdam duobus in actibus suis comprehendit, amplectitur, stringit, tenet & tenui eum, nec dimittit. Verum de hac comprehensione mihi nullus est sermo, sed de ea quam Sanctus Pater Disputationem dicit, quæ proinde est cognitio clara alicujus rei habens majoris perfectionis conditiones, quàm quæcunque intuitiva, & in hac acceptione comprehensionem accipit Augustinus in Epist. 112. cap. 8. dicens: Aliud est videre, aliud est totum videndo comprehendere, quandoquidem videtur quod præsens utcumque sentitur, totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur ut nihil ejus lateat videntem, aut cujus fines circumspici possunt. Et lib. 12. Civit. 18. Illud comprehenditur quod scientia cognitione finitur. Ex his deducunt Theologi tria, primum quòd cognitio comprehensiva Dei debeat esse clara & intuitiva, alioquin non est perfectissima. Secundum deducunt aliqui, quòd debeat esse cognitio omnium, quæ in aliquo, seu formaliter, seu eminenter continetur, adeoque omnium possibilem, & actualium, sive absoluta sint, sive relativa, quæ qualitercumque respicit, quia nisi hæc omnia cognoscantur, aliquid ejus latebit cognoscentem, & sic non compreh-

comprehendet : At Mastrius noster in I. sentent. putat hoc non esse necessarium, sed sufficere ut comprehendens perfecte cognoscat omnia, quæ formaliter continentur in comprehenso, ad hoc ut dicatur comprehendere verè, sed licet videatur lis de nomine, attamen ei subscribendum est, quod probatur tum ex D. Augustino dicente: Quod nihil ejus debeat latere sed quæ tantum virtualiter continentur, non sunt aliquid ejus verè & propriè, nam nec effectus ad entitatem causæ pertinet; nec esse virtuale, & eminentiale est quid distinctum ab ipso esse causæ: tum ex cognitione intuitiva divina, quæ dicitur infinita & comprehensiva, antequam terminetur ad creaturas, nam ut Scotus docet verbum producit per cognitionem infinitam & comprehensivam non tamen ex cognitione creaturarum, adeoque sufficienter inlinuat cognitionem eorum quæ eminenter continentur, non requiri ad comprehensionem: tum quia in comprehensione reali non debent comprehendere omnes effectus à re comprehensa producibiles: tum denique, quia alioquin deberent etiam intelligi omnes effectus, qui per potentiam obedientialem ad quos habet inchoatum principium, producibiles sunt, quod tamen falsum est. Fateor equidem perfectius fore, si omnia cognoscerentur, sed dico non esse necessarium. Et quamvis, ut cognoscatur omnipotentia divina, omnes effectus producibiles cognosci debeant, non esse necesse tamen, quòd in particulari cognoscantur, sufficit enim in universali. Tertio deducunt comprehensionem non solum debere esse omnium, quæ in re quomodocumque continentur, sed præterea oportere, quòd sit actus perfectissimè commensuratus intelligibilitati objecti totius, ita ut in repræsentando adequetur intelligibilitati intensivæ & extensivæ talis ob-

jecti: Horum autem tertium requiri ad rationem comprehensionis, prout distinguitur à simplici objecti visione non tam colligitur ex locis S. Augustini, quàm ex communi Theologorum consensu, qui per intelligibilitatem extensivam intelligunt actum secundum omnes formalitates in objecto repertas, ad quas ob multiplicationem quodammodo extendi dicitur, & hoc requirebat prior conditio; Per intensivam verò, actum commensuratum potentie intelligenti, & hoc signanter præter alios docuit Scotus 3. d. 14. q. 1. ad primam §. ad secundam propositionem, videtur enim, inquit, solus ille intellectus comprehendere aliquid intelligibile, cujus est tanta perfectio in intellectu, quantum est perfectio vel intelligibilitas intelligibilis, & ideo est ibi commensuratio & adequatio. Ubi non requirit commensurationem in essendo inter objectum & intellectum, sed in intelligendo & repræsentando, quod patet ex analogia comprehensionis realis, ubi potentia non debet esse tam perfecta, quàm objectum, nec e contra objectum tam perfectum, ac potentia, sed sufficit quòd sit tanta capacitas in potentia ad continentum, ut nihil lateat, & quòd totum objectum per comprehendens contineatur, hæc tamen differentia, quòd comprehendens realis perfectio entitativa nihil conducit ad perfectionem comprehensionis ex eo, quòd semper fiat secundum quantitatem, quæ in omnibus eadem est, in comprehensione intellectuali verò, non est semper idem intellectus in perfectione, secundum quam proinde major, vel minor attenditur perfectio comprehensionis, ut patet de ipsismet actibus. Ex his facile sic describi potest comprehensio: Quòd sit cognitio clara commensurata & proportionata intelligibilitati objecti.

Que formaliter continentur non debent latere.

VIII. Dicit esse commensuratum potentie & objecti in intelligendo, non in essendo.

DISPUTATIO IX. DE VOLUNTATE.

Circa hanc materiam summopere videntur esse injurii Theologi Philosophis, qui citam eam sibi vendicant, ut alienum proprium faciant, nam sicut Animastici est cognoscere animam & intellectum, sic non minus ipsius erit cognoscere voluntatem, quo jure ergò ad Theologos devoluta est? Existimo rationem esse, quòd nonnulli Philosophi nimium laconicè rem tangant, & quidquid vel modicum de moribus sapit, auctoritatem, & Sanctorum Patrum controversias redolet, statim ad Theologos transmittunt, hoc tamen universale non est, nam e contra alii multi sunt profusi, ergò mediò tutissimus ibo, & eam secundum esse Physicum, non prout moralitatem induit explicabo. Sit igitur

QUÆSTIO I.

Quid sit voluntas?

Suppono dari voluntatem, nam sicut præter sensitivam potentiam cognitivam quæ competit hominibus ratione animæ, quæ sensitiva est, datur in illis appetibus sensitivis ipsi correspondens, ita etiam præter cognitionem spirituales & rationalem dari appetitum rationalem ipsi correspondentem fatentur omnes, qui ratione utuntur, aut credunt Scri-

pturarum Testimonis Gen. 4. Eccles. 18. Galat. 5. ad Rom. 7. &c. unde clarè mellissimus ait tract. lib. arbit. cap. 2. Communem itaq; habentes vitam cum arboribus, sensum verò & appetitum & aequè vitam cum pecoribus, id quod dicitur voluntas, nos ab utriusq; discernit: Id quoque docet expressè D. Augustinus serm. 63. de verb. Domini cap. 7. dicens: Tertium quæro, habes memoriam, quæ teneas quod dicitur, habes intellectum quo intelligas quid tenetur? De his duobus requiro abs te volens tenuisti & intellexisti? Volens planè inquit: habes ergò voluntatem.

H h h h 3 Suppo-

I. Datur voluntas.